Et cū iam premiserimus in differentia prima causā vel occasionem facientem permutare vicissitudinē ad ciues alterius secte ꝛ permutare eam de gente ad gentē ciuium illius secte. Narremus nunc partes ad quas permutat̄ vicissitudo ꝛ loca ciuitatū in eis existentium. ¶Scientia vero qualitatis cognitionis qualiter adinueniatur: est vt consideres partem regni cuius rememorationem in differentia quarta primi tractatus premisimus que si fuerit in parte orientis erit permutatio ad partem illam: ꝛ si fuerit in parte occidentis erit permutatio ad eam: ꝛ si fuerit in angulo terre erit permutatio ad partem septentrionis vt est extremitas terre latinorū: ꝛ si fuerit in medio celi erit ꝑmutatio ad partē meridiei: ꝛ si fuerit inter istos angulos proporcionabitur permutatio ad partem que fuerit propinquior vni duorū angulorum quisquis fuerit. ¶Et si qualitatem scientie locorum ciuitatum eorum scire volueris considera descensum dn̄i partis regni in circulo qui si fuerit in medio celi erit in medio climatū: ꝛ si fuerit remotus remouentur ciuitates eorum ab illo termino ſm q̄ est locus eius ab oriente meridie et occidente ꝛ septentrione aut ciuitates eorum erunt inter hec. i. in illa parte: ꝛ si fuerit signum aquaticum erunt eorum ciuitates super littora ꝛ super flumina magna. Et oportet vt consideres in reuolutione annorum in quibus acciderit vt aliquis planetarum sit in gradu exaltationis sue: ꝛ ☽ iuncta ei nam cū res se habuerit ſm hoc significat apparentiā nature illius planete in toto mundo: precipue si fuerit dn̄s anni: ꝛ fortasse transportabit habitationes regum ad climata quarū significator existit. Post igitur iam explicauimus quod exponere volumus: perficiamus itaq̄ auxiliante deo differentiam secundam secundi tractatus.

¶Differentia tercia secundi tractatus qualiter scitur quantitas more vicis in ciuibus secte conuerse ad eos: ꝛ qualiter sciatur fortitudo eorum: necnō ꝛ debilitas eorum: ꝛ numerus regum eorū: ꝛ quid facient ciues regni conuersi ad eos cum ciuibus regni ablati eis.

Et cum sit magnū necessarium vt si consequens ad hoc quod premisimus in differentia secunda de cognitione partium ad quas permutat̄ vicissitudo ꝛ loca suarum qualitatū: ꝛ qualitas scientie illius est vt consideres locū partis regni ab ascendēte

hb. 2.

permutationis coniunctionis significantis eorum vicissitudinē. Q si fuerit in angulo τ dominus eius in angulo significat moram eorum fore ſm q̄ntitatem temporū reuolutionis magne que est. 960. anni solares. Et si fuerit pars remota ab angulo τ dominus eius in angulo fuerit: significat q mora eorum erit ſm quantitatem reuolutionis medie que est. 240. anni solares. Et si fuerint ambo cadentes ab angulis non aspicientes ambo ascendens significat illud q mora eorum erit ſm quantitatem ipsorū reuolutionis minoris que est. 20. anni solares: τ forsan addet̄ mora eorum super ista in triplicitatem de constantia vicis τ remotione eius. ¶ Et etiā scientia tempoꝝ quantitatis more eorum extrahitur ex alia parte sc3 vt consideres coniunctionem τ loca almubtez ex planetis τ ☽ tentricunis. Et si fuerint descendentes in angulos significant q tempora quantitatis more eoꝝ erunt etiā ſm quantitatem temporis diuisionis magne: τ si fuerit inter ea que sequent̄ angulos significant diuisionem medie: τ si fuerint remoti ab angulis significant minorem. Et aliquando extrahitur scientia illius ex parte descensus coniunctionis τ domini eius ex diuisionibus circularibus. Q si fuerit coniunctio significans vicissitudinem τ dominus eius in angulis saluus a nocumentis boniq3 descensus in circulo non infortunatus tunc hoc significat fortitudinez ciuium vicis illius τ apparitionem eorum τ augmentum τ additionem rerum eorum τ longitudinem τ diuturnitatez temporum eorum more. Et si fuerit coniunctio τ domin⁹ eius in angulis infortunij aut in angulis planetarum retrogradantium cadentium: tunc illud significat breuitatem more eorum τ remotionem vicis eorum τ mortem eorum: τ plus apparebunt iste significationes in regionibus quarum signum illius coniunctionis erit significatiuū. ¶ Scientia autem numeri regum eorum erit ſm quantitatem numeri qui est inter partem regni τ dominum eius cum planetis qui sunt inter vtrumq3: τ si fuerit quidam planetarum in signo duum corporum duplicabit numerū illum. ¶ Et aliquando scitur quantitas illi⁹ numeri ex parte ascensionum signi partis: aut ex parte annorum positoruz domino partis: τ erit quantitas illius numeri ſm q exigit pars τ dominus eius ex longitudine temporum more eorum τ mediocritate eorum aut breuitate eorum. ¶ Sed scientia illius ex parte reuolutionis minoris ex parte etiam ascensionū signorum erit ex parte reuolutionis medie: ex parte autē annorum planetis tributorum erit: ex parte etiam reuolutionis magne: et additur etiam sup illud quod planetis attribuitur ex magnis annis eis attributuris reuolutio eoꝝ parua quando ipse planeta erit reuolutionis dn̄s τ dominus signi profectionis. ¶ Scientia vero qualiter ciues secte cōuerse habeāt cum ciuibus secte ab eis remote extrahitur ex parte domini partis regni qui si aspiciat significatorem secte prime ex figura fortunata sicut triplicitas τ sextilitas saluant̄ ab horribilib⁹ τ si aspexerit ex īfortunata figura

sicut quadratura & oppositiõe significat q bella current inter eos & sanguinis effusio: precipue si fuerit ibi ♂ in aliquo angulorum fortitudo: quoniaz hoc fortitudinem & vehementiam eius in illo protendit. Et quia deo annuente iam explicauimus qd exponere voluimus: compleamus igitur secundi tractatus differentiam terciam.

¶ Differentia quarta in qualitate scientie de natiuitatibus regum ciuium illius secte fm descensionem indiuiduoꝝ in ascendente permutationis coniunctionis in triplicitatibus: & qualiter scitur illud ex parte natiuitatũ eorũ: & quando erit illud: & quātitatem occasionis eorum cum eleuantur: & sũme que ex qualitate nature eorum sunt ex parte descensus quorundam indiuiduorum & complexione eorum: & in diuisionibus circularibus ex parte duarum partium illud significantium & aliorum.



Narremus itaq in hac differentia qualiter natiuitates regum ciuium illius secte inueniant ex parte descensus indiuiduorũ que sunt pmutationis coniunctionis in triplicitatibus ex pte natiuitatum eorum & tempus illius quandocitatis & cetera q̃ determinamus in hac differentia. Dicamus ergo q cũ fuerit pars ascendentis eius qui nascitur ex gente illorum ad quos permutatur regnum: sicut pars ascendentis permutationis almamari: aut partes due luminariuz: & precipue illius cuius est alnauba: aut pars ♄: aut ♃: aut eius ascendens fuerit angulus ex angulis loci significatoris aut aliquorum significatorum cum cõmunicauerint in significatiõe duo planete: significat regnum eius & esse eius & fortitudinem eius: & hoc erit fm signum & dominum eius apud permutationez triplicitatis. Et si fuerit eius ascendens signum medij celi et dominus eius fortis orientalis habens in signo dominiuz significat q ipse erit rex famosus & gloriosus & exaltatus & potẽs & vincens inimicos & nocens eis & superans multas suorum inimicorum ciuitates & eorum reges. Si vero res fuerit fm contrarium illius qd diximus erit res fm q accidit ex parte signi quod erit ascendens in radice aut occasus domini eius & erit sermo in illo fm quantitatez fortitudinis signi et dñi eius: & fm q planete aspiciunt illud in radice aut debitationis. ¶ Si autez quantitatem scientie huius scire voluris ex parte natiuitatum eorum considera ascendẽtia multorum natorum scilicet illorum qui sunt de parentela regum: si fuerit ☉ in domo sua aut exaltatione aut in medio celi aut in aliq̃ angulorum & continuentur ei domini ascendentium ex locis fortunatis: et ipsi fuerint recepti & precipue ex aliquo anguloꝝ regnabunt: & si non fuerit ☉ fm hanc dispositionem et fuerit debilis: considerabis ♄ qui si fuerit fm

dispositionem quam diximus de ☉ regnabunt etiam: qꝫ si fuerit debilis et non fuerit inter ascendentium dominos ☉ continuatio: considerabis dominos medij celi: et si fuerit ſm dispositionem quam diximus de dominis ascendentium scilicet qꝫ continuantur ☉ aut ♄ regnabunt. Et si fuerit ☽ in nocte in parte sue exaltationis significat natiuitatem regum: et presertim si fuerit in medio celi: ꝛ cum ☽ conuertitur a nodo ꝛ continuatur planete orientali in medio celi aut in numero exaltatiōis sue significat natiuitates regum: ꝛ quando ☽ fuerit in exaltatione planete ꝛ ille planeta fuerit in exaltatione ☽ ꝛ continuetur ei ☽ significat natiuitates regum. ¶ Et quando fuerint stelle fixe habentes quantitatē primam ꝛ secundam in gradu ascendentis: aut in gradu medij celi significat natiuitates regum. ¶ Et quando fuerint luminaria in dustoria planetarū significat natiuitates regum. Et si fuerint due fortune in duobus gradibus exaltationis earum et fuerint in medio celi aut ascendente: et presertim si fuerit altera earuꝫ domina partis fortune significant natiuitates regum. Et quando fuerit planeta climatis sicut ♄ indie ♃ babilonie ꝛ ♂ thurthie ꝛ ☉ grecie vel romanorū ꝛ ♀ arabie ꝛ ☿ egipti ꝛ ☽ assur ꝛ dominus medij celi in ascendentibus natiuitatum et ↄtinuauerit se domino ascendentis ꝛ fuerit ipsa in sua exaltatione orientalis: significat qꝫ natus imperabit illud clima. ¶ Et cum fuerit dominus medij celi ꝛ ☽ ꝛ pars fortune fortunati ꝛ domini eorum in ornatu suo significāt regem magnū. Et quando fuerit luminare maius in medio ascendentis ♌ ꝛ fuerit ☽ in medio ascendentis ♉ aut ♋ significat natiuitates regum. Et quando fuerint luminaria in natiuitatibus in gradu exaltationis eorū ꝛ fuerit ☽ in suo ornatu significāt natiuitates regum. ¶ Qꝫ si volueris scire tempus illius postq̄m apparuerint significationes ꝛ cause quibus regnum consequitur considerabis dominos ascendentium qui si continuantur alicui trium quos prediximus qui sunt ☉ ♄ ꝛ dominus medij celi: ꝛ fuerit eoꝝ continuatio propinqua: tunc ipsi regnabunt in principijs temporum suorū ꝛ quanto fuerit continuatio propinquior tanto velocius regnabūt. Si aūt domini ascendentiū continuentur planetis alijs q̄ꝫ tribus quos prediximꝰ ꝛ non fuerint illi planete continuati ☉ neqꝫ ♄ neqꝫ dn̄o medij celi erit illud in medietate temporuꝫ suorum: ꝛ precipue si fuerit inter eos vnus planeta ꝛ si fuerit inter eos ꝛ ♄ duo planete erit in finibus tempoꝝ suorum. Et cum peruenerit directio alicuius eorum ab ascendente natiuitatis sue ad signū ex signis super illud significantibus: ꝛ precipue signum medij celi ꝛ conueniat vt sit profectio ab ascendente secte ad illud signum significat preceptū ad natum conuerti in illa hora si iam peruenerit ad etatem qua possit eleuari. ¶ Et si volueris scire quis eorum prius regnabit: considera cuius ascendentis dominus erit propinquioris continuationis: ipse est qui prius

regnabit: deinde qui prius post ipsum in continuatione Luneque obligauerit alicui eorum et non fuerit ascendens obligationis quam obligauerit aliqis angulorum vicis regnum eorum significantium non complebitur illud ei.

¶ Quod si scire volueris tempus annorum quando eleuabitur cōsidera dn̄m partis regni qui si fuerit parti regni iunctus significat illud super complementum eius: et si fuerit in quadratura sua significat super senectutem eius illud fieri. Et si fuerit in oppositione sua significat super senium eius.

¶ Quod si scire volueris qualitatem esse eius et nature eius ex parte descensus quorundam indiuiduorum et completione eorum in diuisionibus circularibus considera partis prime dominum qui est ♄ qui si fuerit recepturus saluus a nocumentis et infortunijs et aspexerit eam hoc quidem significat prosperum esse surgentis et eius bonum et equum cum prosperitate esse plebis et bonitate subiectionis eius: et similiter si fuerit ♄ in loco fortunato: sed si non fuerit receptus aut fuerit in loco sibi aduerso significat illud crudelitatem eius: et si fuerit dominus eius destructus significat quod destruet plebē suam et eum odio habebit et aggrauabit eos. Et quando fuerit dominus eius iunctus in fortitudine in hora ascendentis eleuationē eius significantis hoc significat prosperitatem eius esse in exordio rerum suarum et prauum finem et destructionē eius. Quod si obsessus fuerit inter fortunam et infortunā et fuerit ante eum fortuna et infortuna post eum significat destructionem in medio suarum rerum: et prosperitatem in fine earum: et si fuerit domus sue dominus iunctus ei non ab oppositione: plebis obedientiam ei prosperam significat: et si fuerit separatus ab eo significat quod ille rex laudabit bonum et extollet ipsum et promittet eum cum paucitate complementi eius: et si ab eo separatus fuerit apud oppositionem significat illud quod parum sue plebi confert. Et quando dominus domus ♄ fuerit iunctus ei significat quod apparebit fortitudo super plebem suam et ipsum habere de inimicis triumphum: et si fuerit ab eo conuersus significat debilitatem eius et fortitudinem inimicorum eius super eum. quod si fuerit cum eo in signo et continuatio eius fuerit cum alio non cum suo signo: deinde continuetur cum ♄ prius quam a suo exiet signo significat multitudinem in eum insurgentium de domo sua: et ipsum ex eis incurrere oppressionem: sed de eis triumphum habere. Quod non continuatur prius quam a suo signo egrediatur cum ♄ erit hoc nocibilius ad hoc: et timendum est ei ne regnum et potestas sua auferatur. Et quando dederit vel dominus pulsauerit septimi ♄ dispositionem planetis sub radijs destructionem inimicorum suorum per manus alterius protendit. Quod si fuerit planeta cui datur exiens de subradijs erit hoc vehementius inimicis licet cum paucitate eorum: nisi planeta ille continuetur orientali planete in bono loco. Nam si res illa ita se habuerit significat multitudinem earum: quod et inceptio rerum earum erit ex parte orientis exitum dederit dominus septimi saturni et ei ex sextili aut trino aspectu significat paucitatem inimicorum eius:

⁊ noluerint cuȝ eo ⁊ ꝙ indigebũt eo inimici eius ⁊ in tranquillitate habe-
bit eos: ⁊ quãdo fuerit domꝰ septimi saturni ⁊ dederit ei planeta regimẽ si
gnificat multitudinẽ contra eũ insurgentiũ ⁊ vincentiũ eum cum multitu-
dine eoꝝ: ⁊ ꝙ allicient plures ministroꝝ surgentium: vnde timebit ei mors
Et quãdo fuerit dñs. 7. saturni alterũ luminariũ aut dñs. 10. significat] qđ
ipsi insurgẽtes ⁊ litigantes cõtra eũ erunt gentes de ciuibus domus sue: ⁊
quãdo fuerit saturnus in reuolutionibꝰ diurnis in sua exaltatione. conside
ret iouem sigñbit ꝙ populabit terrã: ⁊ vincet inimicos suos. ¶ Et aliquãdo
significat super illud etiã ex parte partis dñi regni: nã si fuerit in triplicitate
saturni aut sextilitate sua aut aliqs eoꝝ receperit dñm suũ sigñt ꝙ diliget a
plebe in illa hora. ¶ Et quãdo accipit sigñio sup hoc ꝑ situm planetaruȝ ꝙ
est cũ fuerit iupiter super eminens soli aut lune aut ascendens ex signo re-
gali ⁊ precipue si fuerit cõuersiuũ in reuolutione eleuationẽ eius significan
te sigñt ꝙ aggregabit pecunias ⁊ diliget eas: ⁊ illud si fuerit duum corporũ
erit ad hoc sollitior ⁊ studiosior super hoc vt cõgreget: ⁊ si fuerit ex fixis si-
gnificat cõstantiã eius ⁊ diurnitatẽ ⁊ fortitudinem ⁊ famam imperij ⁊ diu
possedere regnũ. Et si iupiter fuerit cadens ab aspectu luminariũ duorum
⁊ ascendentis erit ille nõ proficiens cũ breuitate more eius. Et cuȝ fuerit iu
piter in reuolutione anni in quo eleuat sub radijs sigñt ꝙ amat congregare
pecunias ⁊ cum hoc si continuat ei mars aut sol erit cũ illa congregatione
dispendẽs eas ⁊ precipue si fuerit in septimo ⁊ cũ fuerit iupiter remotus et
mars ei continuet sigñt ꝙ disperget pecunias recte ⁊ non recte cũ vilipendet
eas: ⁊ si fuerit iupiter cũ hoc ĩ domo sua sigñt ꝙ expẽdet eas in rebꝰ ex qbꝰ vti
litas reddit plebi: ⁊ cum fuerit iupiter in loco sibi cõueniẽti in loco forti ab
ascendente saluus ab infortunijs sigñt ꝙ congregabit pecunias ⁊ q̃ret eas:
⁊ si fuerit contra sigñt eoꝝ dispersionẽ: ⁊ cum fuerit mars in bono laudabili
loco ⁊ ipse in domo iouis ⁊ iupiter ĩ domo sua: hoc erit significans strẽnui
tatẽ eius: ⁊ obedientiã ciuiũ regni sui ⁊ tenebit eos: ⁊ bonam habere famã
⁊ erit potens sup suos inimicos ⁊ super terras suas: ⁊ precipue si fuerit reuo
lutio in die aut sol eum aspiciat ab angulo aut ab aliquo locorum lauda-
bili. Et similiter quando mars ĩ nocte fuerit in domo sua aut in domo ex-
altationis sue aut in domo iouis in aspectu eius sigñt gloriã eius ⁊ magnaȝ
famã ⁊ magnã largitatẽ. ¶ Et si mars iũctus fuerit ꝑti fortune sigñt ꝙ ĩ effu
sione sanguinũ interfectione proceꝝ delectabit: ⁊ ꝙ arma ⁊ itinera diliget
nimiũ. ¶ Quod si caput fortunijs iungat in ascendente reuolutionis anni
eleuationẽ eius significantis sigñt eius potentiã ⁊ fortitudinẽ super omnes
principes ⁊ plebem: ⁊ cum sol continuauerit in eleuantis eleuationẽ marti
⁊ fuerit vacuus cursu non aspiciens saturnũ significat cõtra eũ insultũ mi-
litum qui fortiter eum destruẽt ⁊ defraudẽt cum multitudine insurgentiuȝ
⁊ diminutionẽ suoꝝ extremoꝝ cum vehementi tristicia. Quod si mars cõ-

tinuauerit se saturno: sigt milites quiescere ⁊ ipsos ei obedire: ⁊ debilitatem insurgentium ⁊ paucitatem more eorum presertim si saturnus fuerit mundus in domo sua: ⁊ si sol ioui continuet ⁊ nullo aspiciat saturnum aspectu significat insurgentium in eum multitudinē precipue de sua plebe ⁊ de hominibus domus sue: ⁊ incurret ex hoc merito rancorem. ¶ Q si iupiter aspexerit saturnum significat illud quietitudinē illius ⁊ rerum eius rectificationem ⁊ insurgentiū debilitationē: ⁊ ꝙ ipsos vincet ⁊ precipue si saturnus fuerit mundus ī domo sua. Q si sol cōtinuet saturno sigt euasionem eleuātis: ⁊ ꝙ erit fortis ⁊ vincet: ⁊ presertim significabit hoc cum fuerit mundus ab infortunijs: ⁊ si sol separet a ioue ⁊ continuetur marti: deinde continuet saturno priusq̄ a loco suo in quo fuerit exeat sigt ꝙ exibit aliquis contra eum de hominibus domus sue: ⁊ de eis qui sunt vel ordine uel dignitate ei equales ⁊ consequet ex hoc menti rancorem demum superabit eum: ⁊ presertim si saturnus fuerit fortunatus in domo sua: ꝙ si nō continuet sol saturno priusq̄ a loco suo in quo fuerit exeat significat multitudinē insurgentium ⁊ oppositionem eius quod eueniet ei ex eis ⁊ timorem super regnum suum. ¶ Q si mars a ioue separetur ⁊ saturno continuet exit contra eum aliquis de ciuibus domus planete qui sibi ascribit ⁊ videtur si continuetur saturno humiliabitur postea ⁊ ei obediet. ¶ Q si mars a saturno separet ⁊ ioui continuet significat ꝙ ipse mutabit quosdam domus sue: ⁊ ob hoc insurgent in eum ⁊ nascentur super eum. ¶ Q si continuet iupiter saturno ipse vincet ⁊ presertim si fuerit in domo sua mundus: ⁊ si cursus iouis euacuatur ⁊ saluus fuerit ab infortunijs in lumine sui ipsius exiens sit fortis ⁊ esse eius corroborat ⁊ cum fuerit aliquis planetarū in septimo ab ascendēte in sua exaltatione significat crudelitatem regi super plebem suam: ⁊ esse eorum fore malum in tempore eius ⁊ si fuerit in septimo in descensu suo eū debilem esse significat ⁊ plebis esse bonum ⁊ fortitudinē eorum protendit Et oportet etiā vt consideres decimum ab ascendente ⁊. 10. a sole. ¶ Q si fuerit in signis fixis ⁊ fortunatus in eis significat illud fortunam eius ⁊ bonitatem ⁊ diurnitatē eius ⁊ si fuerint planete in his duobus locis in suis exaltationibus: aut fuerint septētrionalis latitudinis addentes in cursu erit melius ad hoc: ⁊ cum fuerit dn̄s quarti aut septimi in ascendente aut ī medio celi significat illud ꝙ inimici eius obedient. ¶ Et si fuerit dominus ascētis aut dn̄s medij celi ī quarto aut septimo sigt ꝙ ipse obediet inimicis suis Et considera etiam partem regni que si fuerit in termino fortunato significat ꝙ exercet iusticiam: ⁊ si fuerit in termino infortunato significat ꝙ exercet iniusticiam: et si fuerit dominus partis regni separatus a domino domus sue significat ꝙ disperget substantiam: ⁊ si fuerit dominus eius continuatus ei significat ꝙ congregabit: ⁊ si non aspexerit significat ꝙ non erit alicuius qualitatis census apud ipsum neq̄ precij. ¶ Sed qualitas sciētie

nature eius est ex parte duarum partium super illud significantiū in duas domos cadentium vnius planete que sunt vt accipiant in hora eleuationis sue gradus qui sunt a sole vsq3 ad. 15. gradus leonis et proijciat a luna et quo peruenerit ibi est pars prima: deinde accipiat a luna vsq3 ad. 15. gradus cancri: et proijciat a sole et quo peruenerit ibi est pars secunda. ¶ Quod si ceciderit in duabus domibus saturni significat illud quod vtet fabrica et fodere canales et flumina et habitationibus et his similibus. Et si ceciderit i duabus domibus iouis: vtet iudicio et iusticia. Et si ceciderit in duabus martis domibus significat illud quod vtet bellis et armis. Et si ceciderit in duabus domibus veneris significat illud quod vtet rebus veneris sicut cantus et ludibria et his similia. Et si ceciderit i duabus domibus mercurij significat quod vtet cōsideratione in rebus portaticorum et computationis et scientiarū et scripture et his similia. Et est necessarium plus vt addat duarum partium significationi significatio significatoris eleuantis quod est vt consideres coniunctionem significantem nouam sectam aut regni vicissitudinem et dn̄m signi ad quod annus peruenit: et pone primum significatorem huic rei sufficientē: et pone illum qui sequit eum i circulo significatoris eleuantis secūdi scd̄m partem ordinis dn̄orum horarum deinde comitare facias significatorē planete significantis super eleuantē duarū partium significationi et annuente deo loquere s̄m ipsum: verbi gratia de hoc: annus in quo fuit coniunctio sectas significās ad geminos peruenit et fuit significator mercurius dn̄s signi profectionis quod est gemini et significator albubeluri luna que sequit mercuriū i ordine et s̄m hanc partem fuit dispositio in illo quoq3 peruenit ad buhabem et fuit significator luna deinde operaberis hoc idem s̄m hunc modum in futuro. Et quia auxiliante deo explicauimus quod exponere voluimus differentiam itaq3 quartam compleamus.

Differentia quinta tractatus secūdi in qualitate scīe more eorum.



Scito quod scientie qualiter extrahat eorum mora consideratio diuidit i duas diuisiones quarum vna est ex parte reuolutionū annorum mundi et secunda est ex parte eleuationis eorum. Consideratio aūt ex parte annorum mundi et cōiunctionū est vt consideres reuolutionē anni mundi in quo eleuauit se eleuans: deinde considera saturnum quod si fuerit i domo sua tunc scīa quantitatis vite eleuantis extrahit a quinq3 locis. quorū vnus est quod est inter saturnū et ascendens ex quātitate numeri graduū oib9. 30. gradib9 annū et secūdus scd̄m quod est inter ascendēs cōiūctionis vsq3 ad locū cōiūctionis ex quātitate nūeri graduū: et quintus vsq3 ad cōplemētū illi9 cōiūctiōis. Et si fuerit saturn9 i aliq̄ domorum suarū: et iam trāsierit quinq3 gradus vsq3 ad cōplementū. 15. graduū timebit super eū

in duabus horis quarum vna erit annus in qua fuerit cõiunctio: ⁊ secũda
ſm quãtitatẽ eius ꝙ eſt inter aſcẽdens cõiunctionis vſqꝫ ad locũ cõiũctio-
nis vnicuiqꝫ ſigno annũ: ⁊ habebit duas horas etiã quarũ vna eſt peruẽtio
eius ad ãnnos cõiũctionis q̃ ſunt. 20. anni: ⁊ ſecunda eſt peruẽtio eius ad
etatã ſecte que habet. 125.. annos: ⁊ ſcit̃ ꝙ illud erit ex profectione aſcen-
dentis reuolutionis vnicuiqꝫ ſigno annus vſqꝫ ad angulos cõiunctionis:
aut triplicitatũ eius: aut cũ peruenerit reuolutio ad infortunas: aut ad an-
gulos eoꝝ. Et ſi fuerit ſaturnꝰ in domo aliqua ſuarũ ſicut p̃dixim̃ꝰ: ⁊ fuerit
in vno minuto uſqꝫ ad. 5. gradus cõpletos aut. 15. vſqꝫ. 30. gradus cõple-
tos: hoc quidẽ ſig̃t breuitatẽ t̃pis eleuãtis. ¶ Et ſcia hore illius extrahit̃ ex
quantitate eius ꝙ perambulauit in ſigno ⁊ quantitate reſidui vt ponat̃ vni
cuiqꝫ gradui annus ⁊ oĩbus. 5. minutis menſis ⁊ oĩbus. 12. ſc̃dis vnus di-
es: ⁊ adiuuabimus cum hoc per profectionẽ reuolutionis ab anno coniũ
ctionis vſqꝫ ad angulos infortunarum vnicuiqꝫ ſigno annus. Et cõſidera
ſi fuerit ſaturnus in domo planetarũ ſuperioꝝ ⁊ ipſe ⁊ dñs domus ſue fue-
rit in aliquo anguloꝝ cõputa a dño domus ſue ad eũ per gradus equales
omnibus. 30. gradibus annũ: ⁊ omnibꝰ duobus gradibus ⁊ dimidio mẽ-
ſem ⁊ oĩbus. 5. minutis diẽ: ⁊ ꝙ aggregat̃ ex hoc ipſum eſt quãtitas vite. ꝙ
ſi fuerit ſaturnꝰ ⁊ dñs eius in hoc quod ſequit̃ angulos accipiat̃ a dño do-
mus ſue vſqꝫ ad eum ⁊ fiat ſicut prius factum eſt. Et ſi fuerit aliquis illoruꝫ
in angulo: aut in eo qui ſequit̃ angulũ: ⁊ alius remotus computet̃ ab eo q̃
eſt in angulo vſqꝫ ad remotum ab angulo ⁊ ſciat̃ hora ſm ꝙ premiſimus.
qꝫ ſi fuerit inter ſaturnum ⁊ dñm domus eius minus. 30. gradibus pones
vnicuiqꝫ gradui menſem: ⁊ omnibus duobus minutis diem. Nam ſm quã
titatem iſtius erit quãtitas more. Et ſi fuerit inter eos plus. 30. minuat̃ il-
lud ex. 360. gradibus: ⁊ quod remanſerit poſt diminutionẽ detur vnicuiqꝫ
gradui menſis ⁊ omnibus duobus minutis diem ⁊ quod fuerit eſt quan-
titas more. ¶ Et ſi ſaturnus fuerit in aliqua domorum planetarũ inferio-
rum aut lune ⁊ aſpexerint eum facies. ſ. dñi domoꝝ eius facies in hoc vt fa
ctum eſt de primo. Quod eſt vt aſpicias de planetis inferioribꝰ illum q̃ fue-
rit in angulo vſqꝫ ad planetã in ſequenti angulo: ⁊ a planeta q̃ fuerit in ſe-
quenti angulo vſqꝫ ad planetam ab angulo remotũ: ⁊ dabis omnibus. 30
gradibus annũ ſm quod premiſimus in capitulo primo ⁊ ſi nõ aſpexerint
ſaturnum minuat̃ ex gradibus qui ſunt inter eos medietas: ⁊ accipit̃ omni
bus. 30. gradibus ex medietate annus ⁊ inchoat̃ a debiliori loco numera-
re vſqꝫ ad fortiorem: ⁊ ſi equant̃ in fortitudine locali numerabitur vſqꝫ ad
illum qui fuerit ex eis in ornatu ſuo: ⁊ ſi fuerit dominus domus eius ipſuꝫ
recipiens non aſcendet ſuper eum: ⁊ erit quantitas more vſqꝫ ad horam cõ
iunctionis: ⁊ habet aliam horam que eſt vt des ſingulis. 30. gradibus an-
nũ ⁊ duobꝰ minutis menſeꝫ ſi fuerit inter eos minus. 30. ⁊ ſi fuerit plus. 30.

lib. 2.

minuat illud de.360.ꝛ operet cuȝ eo sicut prius operatū est:ꝛ ꝙ fuerit ipm erit quātitas vite. ¶ Et si fuerit reuolutio nocturna accipiat a saturno vsq; ad luminare maius ꝛ operet cum eo queadmodū prius operatū est:ꝛ quicquid inde ꝑuenerit ipsum est quantitas more. Q si saturnus in his dispositionibꝰ fuerit receptus:ꝛ fuerit ī signo duum corpoꝝ:duplet tūc illud quod tex annis ꝛ mensibus ꝛ diebus prouenit. Cum autem fuerit saturnus in reuolutione anni in quo eleuat:eleuās combustus nō complebit eleuans annum. Et exercet illud etiam in ioue ꝛ dn̄o eius ꝛ dabis omni signo quod fuerit inter eos mensem secundū cōtrariū eius quod fecerit saturno cum ei omni signo datus fuerit annus:ꝛ aggregabit ei ꝙ exierit de numero ꝙ fuerit inter saturnū ꝛ dn̄m eius:ꝛ precipue si saturnꝰ ꝛ iupiter fuerint in angulis nisi sit saturnus ī domo planete inferioris:ꝛ dn̄s eius nō aspiciat eū:naȝ tunc neq; per iouē neq; per dn̄m eius sup aliquid in mora augmēti iudicat ¶ Et cōsiderabis etiā iouē in hora reuolutionis qui si aspexerit saturnum ꝛ ipse existēs ī angulo:aut sequēti augulū male dispōnis addet quantitati more.12.menses aut.12.dies:aut totidē horas. Cūq; fuerit ī reuolutione anni aliqua duarū infortunarū ī.10.cōuertamus annos ī mēses:ꝛ si fuerit aliquis eoꝝ ī.11.mora erit longior:ꝛ hee sigtiones ī triplicitate cancri fortes inueniunt. In reliqs vͦo triplicitatibꝰ si principiuȝ fuerit legis aut regni forsitan planete significant de quātitate more ꝭm quātitatē eius ꝙ interest duos sigtores mēsem cum inter eos fuerit.30.gradus ꝛ fortasse planete ex ꝑte eleuationis sup suos annos de quātitate more signt. ¶ Scia aūt quātitatis more eoꝝ ex parte eleuationis eoꝝ adinuenit ꝑ longitudinē que fuerit inter martē ꝛ dn̄m domus eius ī reuolutionibus annoꝝ in quibꝰ se eleuabunt queadmodū cōꝑat ī saturno ꝛ ioue oī signo quod inter eos fuerit dando mēsem aut annū ꝭm quātitatē fortitudinis ꝛ debilitatis eiꝰ. ¶ In regibus vero assin ꝛ ī his q ex eis eleuant apud ꝑmutationē almamari de triplicitate ī triplicitatē tūc quātitas more eoꝝ ex parte saturni ꝛ dn̄i eius ꝛ iouis ꝛ dn̄i eius minime cōsiderat. Maius vero sustētaculū super adinuētionē scie quātitatis more eoꝝ est ex parte longitudinis que est inter ascendēs cōiunctionis ꝛ signū cōiunctionis cum signo annus. Nam si transierit illud ad oppositionē ꝑuenit nisi profectionis ꝑuētio oppositiōis signo sit ꝓpinquior ꝗ̄ cōiunctionis signo:erit ergo extractio hore ꝭm hoc si deo placuerit:cum aūt cōpleta fuerit diuisio cōsiderabis signū ad quod ꝑuenit annus:qd cum impeditum fuerit in reuolutione anni cum maiori luminari ī martis quadratura aut saturni tunc iudicabit inscisio. Q si euaserit alia expectat vel querat reuolutio ꝛ iudicabit super ipsam destructio cum peruenerit reuolutio ad infortunarū quadraturā aut quādo destruet signuȝ ad quod peruenit annus de maiori luminari vel de saturno. Q si vnum eorū fuerit malū ꝛ alterū fuerit bonū egritudines que de his assimulant iudica

bimus. Cũ ergo puenerit annus ad signũ quod est ascendēs cōiunctionis vt ad cōiunctionis locũ aut oppositũ p profectionē aut quasdam ei⁹ triplicitates tūc timebit̄ super eleuatũ in illo anno: ꝛ si puenerit ibidem fortuna integraliter destruit ꝛ remouet timorez quousqꝫ redeat ad eundem locum i fortuna i annoꝝ conuersiōe. Infortuniũ vo est i quadratura infortunaꝝ i reuolutione anni profectionis ꝛ vsqꝫ ad quadraturā suā i radice secte. aut cōiunctionis aut vsqꝫ ad eiusdem cōiunctionis quadraturā. Et cū saturn⁹ fuerit i domibus suis reuoluat̄ itaqꝫ a loco suo quēadmodũ sol reuoluit̄ ꝛ multociens scit̄ illud ex parte alia scꝫ vt consideres reuolutionis anni ascēdens cōiunctionis. Qꝫ si fuerit aliqua domoꝝ saturni aut exaltationis ei⁹ aut domus lune computet̄ ab ascēdēte ad locum cōiunctionis omni signo daturo annũ. Si fuerit saturnus aut luna cum numero: aut cum equatione i angulo: ꝛ si ascendēs fuerit aliquod istoꝝ signoꝝ aut alioꝝ ꝛ nō fuerit saturnus neqꝫ luna in angulis cōputet̄ a cōiunctionis loco vsqꝫ ad ascēdēs ꝛ si coniunctionis ascēdēs fuerit in aliqua domoꝝ supioꝝ planetarũ: ꝛ fuerit i tercio aut nono: ꝛ pcipue si fuerit in aquario si hoc erit nō timebit̄ sup eleuatum cum annus puenerit ad ipsum: ꝛ si fuerit saturnus in domo sua: quātitas tpis vite eleuati erit coniūctio: ꝛ si fuerit i domo iouis aut martis computet̄ a loco saturni vsqꝫ ad dñi sui locum: ꝛ omnibus. 30. gradib⁹ dabis annũ. ¶ Cōsiderabis quoqꝫ illud quod est inter partem ascendētis reuolutionis anni quo eleuatus est ꝛ inter partē coniunctionis minoris dādo omnibus. 30. gradibus annũ. Quod si trāsierit eos impedimētũ vel detrimentũ eius erit cum peruenerit pfectio ad martis locuz: aut ad gradus eius oppositos omni signo annus. ¶ Et multociēs exercet̄ hoc ex pte alia scꝫ vt ꝯsideres saturnũ qui si fuerit in. 10. aut in. 9. a loco solis ꝙ quantitas moꝛe eoꝝ erit ſm quātitatē annoꝝ solis minoꝝ. Qꝫ si fuerint int̄ saturnũ ꝛ inter solem. 35. gradus signt id quartā annoꝝ eius ꝛ quociēs minuit̄ a quātitate arcus qui est int̄ eum ꝛ saturnũ minuit̄ annus vsqꝫ ad complementũ 30. graduũ. Quod si fuerit int̄ eum ꝛ saturnũ. 65. gradus signt illud quartaz annoꝝ eius: ꝛ quociēs ex illo minuit̄ annus vsqꝫ ad. 60. graduũ cōsumationē: ꝛ si sup hoc addit̄ nō operabit̄ sup quātitatē moꝛe eoꝝ sup partem istaz Cũ aũt saturnus in. 10. fuerit aut in. 11. a sole signt illud ꝙ fortasse vita eoꝝ ptendet̄ quousqꝫ duo cōiungant̄ supioꝛes in parte vna. Cũqꝫ saturn⁹ fuerit in angulo reuolutionis anni in quo eleuauit se eleuatus in domo sua: ꝛ incipiat pmutari: aut si sit non fixus in eo est vt sit in principio eius minus. 5. gradib⁹ ꝛ in fine eius excesserit. 25. gradus signt illud ꝙ eleuatus viuet p tātũ tpis quātũ remāserit saturno i signo suo quēadmodũ pdixim⁹ omni gradui annus: ꝛ pcipue si fuerit capricoꝛn⁹ aut aquari⁹ si aũt excedat illud demet̄ itaqꝫ saturni grad⁹ de. 30. ꝛ ꝙ remāserit post est quātitas spacij moꝛe.

Q; si saturnꝰ fuerit i. 7. a sole i prima signi facie sigt hoc ꝙ quãtitas moꝛe eiꝰ erit annoꝝ solis medietas. Et quãdo fuerit saturnꝰ in triplicitate eiꝰ dexte-ra: ⁊ iupiter i. 11. ab eo loco sigt triũ annoꝝ eius quãtitas. Quod si saturnꝰ fuerit i. 6. ab eo ⁊ mars cũ eo sigt annos eius minores: ꝙ si fuerit saturnus in triplicitate eius sinistra sigt ꝙ moꝛe eoꝝ quãtitas erit equalis annoꝝ eiꝰ quãtitati. ꝙ qñ fuerit sol cõtinuatus ioui ⁊ fuerit in. 10. aut. 11. receptus si-gnificat quãtitatẽ annoꝝ iouis: aut quãtitatẽ numeri qui fuit inter solem ⁊ infoꝛtunã ⁊ omni eleuãti cui nõ reperiunt̃ i reuolutione anni sue eleuatiõis planetarũ situs ſm ꝙ p̃dix̄imus. Computet̃ hoꝛa eoꝝ incisionis ſm quãti-tatẽ eius ꝙ est inter solem ⁊ saturnũ aut martez omni signo annus. ꝙ si ab illo euaserit addat̃ ei ſm hanc partẽ quam incisio significauerit. ¶ Et mul tociẽs extrahit̃ eius scia alio modo: scz vt cõsideres i anno in quo eleuatus est eleuãs in hoꝛa eleuationis eoꝝ. ⁊ cõputabis a foꝛtioꝛi duoꝝ planetaruz aut ab oꝛientali alterius eoꝝ scz saturno ⁊ ioue vsq; ad luminare magnũ: ⁊ a minoꝛi quoq; lumiari vsq; ad debilioꝛẽ alteriꝰ eoꝝ ⁊ occidẽtalẽ omni si-gno dando annũ: deinde aggregabis duos numeros: ⁊ qui inde ꝑuenerit ipse eleuãtis est spaciũ. Et minus ad hoc cum luminare maiꝰ fuerit i sextili aut trino aspectu duobꝰ planetis ⁊ ſm hoc iudiciũ verificabit̃ ⁊ cõplebis nu meros duos quos pꝛedix̄imus: ⁊ multociens ꝓlongabit̃ vita eoꝝ ex patte coniunctionũ in aliqbus triplicitatũ signis: et hoc est ꝙ aliqñ accidit ꝙ erit quãtitas vite. 40. annis ⁊ plus: ⁊ p̃sertim infoꝛdareth planetarũ supioꝝ: qm̃ sol cũ fuerit significans suꝑ vitas ꝑ reuolutionẽ planetaꝝ quibꝰ cõmunicat inesse regũ ꝓlõgat spaciũ ⁊ facit trãsire annos eius minores ad medios vł ad maioꝛes. In reuolutionibꝰ aũt veneris ⁊ mercurij ⁊ lune ipse quidẽ nõ plures annis suis minoꝛibꝰ ꝓtendit: ⁊ foꝛte addit terciã uel quartã partem donec occurrit ei infoꝛtuna: vel cõtinuet̃ cuz eo erit in illa hoꝛa destructio quoniã ipse nõ cõmunicat planetꝭ superioꝛibꝰ in annis suis maioꝛibꝰ: ⁊ ad dat ei oĩs planeta ex aspectu eiꝰ ad eũ ſm quãtitatẽ annoꝝ eius minoꝝ. ꝓ-longabit̃ itaq; vita ſm hanc partẽ. Infoꝛdareth aũt planetaꝝ inferioꝝ nõ significat̃ illud ꝓpter hoc qđ p̃misimꝰ. Et cũ saturnꝰ in domibꝰ planetarũ al tioꝝ fuerit receptꝰ ⁊ aspexerint eum planete aut nõ aspexerint: sigt illud lon gitudinẽ vite eleuãtis: ⁊ si fuerit i domibꝰ inferioꝝ ⁊ aspexerint euz ⁊ fuerit receptus sigt bꝛeuitatẽ vite eoꝝ. ¶ Et multociẽs extrahit̃ scia qualitatꝭ vi-te eoꝝ ex parte accepta in die a ioue vsq; ad saturnum ⁊ i nocte cõtrario ⁊ pꝛoijcitur ab ascendente reuolutionis anni in quo eleuat̃ eleuatus ⁊ quo peruenerit illic erit pars: sed si iupiter fuerit in signo duum coꝛpoꝝ: ⁊ fuerit reuolutio diurna: ⁊ fuerit cadẽs ab angulis accipiat̃ a saturno vsq; ad eũ ⁊ aggreget̃ nũero signũ vnũ: ⁊ ꝓijciat̃ ab ascendẽte: ⁊ quo ꝑuenerit illic est ꝑs Et si numerus fuerit i noctę ⁊ fuerit ♃ i angulo accipiat̃ ab eo vsq; ad sa-

turnū ⁊ proijciatˀ ab ascēdēte ⁊ quo ꝑuenerit illic est pars:⁊ si saturnus ⁊ iu
piter fuerint oppositi ⁊ ambo cadentes ab ascendente medietˀ ꝙ inter eos
prouenit:⁊ proijciatˀ ab ascendēte. Et si fuerit ♃ i exaltatione sua ⁊ reuolu
tio fuerit in nocte ⁊ computetˀ ab eo vsq; ad saturnum ⁊ proijciatˀ ab ascen-
dente.. Deinde considera hora ꝑuentionis solis locum. ¶ Et multociens
accipitˀ quātitas eius ꝙ est inter solem ⁊ saturnū ex signis ⁊ dabis omni si-
gno annū vsq; ad horam detrimēti. Qꝫ si saturnꝰ ⁊ iupiter cōsurgunt in lo-
co partis cōsidera duo luminaria nā cū defunctuꝫ fuerit luminare maius
cum saturno ⁊ luminare minus cum marte erit hora detrimenti. Et consi-
derabis etiā quādo intrabit sol signū ꝓfectionis: nā illud magis significat
suꝑ detrimentū quam pars cum sol peruenerit ad eū hora qua timetˀ. Etiā
ex anno in quo luna reuoluitˀ i ascēdēte eius: aut in medio celi ab eo apud
preuētionē solis eiꝰ ad signū secūdū ab ascendēte nisi sit luna in domo sa-
turni aut i domo tercia ab ascendente ⁊ dn̄s eiꝰ sit saluus a combustione ⁊
infortunio: tūc ergo detrimētum excedit quātitatē. 6. mensium ⁊ erit detri
mentum apud ꝑuentionē solis ad signum ab ascendente ⁊ vtuntˀ cum hoc
ascēsionibus partis ⁊ īfortunio partis cōiunctionis ⁊ iudicatˀ ſm illud. Et
multociēs extrahitˀ quātitas more eoꝝ ex descensu duarum partium in re-
uolutione anni in quo eleuantˀ: Sed qualiter sciamus eas facere est vt cōsi
deres hora eleuationis eoꝝ signū ad quod ꝑuenit annus ille ab ascēden-
te secte:⁊ signū ad quod ꝑuenit annus ex coniunctione minore: deinde ac-
cipiatˀ a planeta oriētali ex saturno ⁊ ioue vsq; ad gradū ꝓfectionis ab ascē
dente secte:⁊ addentˀ ei gradus ascendentis reuolutionis ⁊ proijciatˀ ab eo
⁊ quo ꝑuenerit illic pars existit prima. deinde accipiatˀ a planeta occidēta
li duorum vsq; ad gradum profectionis ex ascendente cōiunctionis mino
ris ⁊ addantˀ ei gradus ascendentis reuolutionis ⁊ proijciantˀ ab eo:⁊ quo
peruenerit illic est pars secunda. Qꝫ si fuerit saturnus ⁊ iupiter orientales
aut occidentales incipiatˀ in parte prima ⁊ a ioue i secūdo. deinde compu-
tentˀ qui sunt inter planetam orientalē ⁊ solem ⁊ gradus ⁊ minuta ⁊ multi-
plicentˀ in. 12. ⁊ diuidātˀ per illud quod perambulauit planeta oriētalis de
gradibus ⁊ minutꝭ i signo suo:⁊ quod inde ꝑuenerit est quātitas temporis
eleuantꝭ scꝫ oībus. 30. gradibus annus. Cuꝫ volueris scire hoc ex parte se
cunda multiplicabis quod est inter solē ⁊ planetā occidētaleꝫ de gradibꝰ
⁊ minutis in. 12. diuides per id quod perambulauit planeta occidentalis
de gradibus ⁊ minutis in signo suo:⁊ aggregabis ei gradus ascendentis ⁊
proijciantˀ ab ascendēte ⁊ quo ꝑuenerit computetˀ ab illo gradu vsq; ad ꝑtē
planete eoꝝ qui fuerit occidentalis:⁊ ꝙ fuerit ipsuꝫ est eleuantis vita: sicut
quantitas que datˀ de oībus. 30. gradibus annus. Et iam vtuntˀ istis dua-
bus partibus alio modo qui est propingor rebus esse reguꝫ significantibꝰ
ꝓpterea ꝙ i eo due partes ꝑcipiāt ꝙ est vt accipiatˀ a ꝑte luminarꝭ maioris

lib. 2.

vsqꝫ ad gradum ♄ :et adiungantur ei gradus coniunctionis vtriusqꝫ cum permutantur de triplicitate in triplicitatem et proijciantur ab illo signo: et quo peruenerit illic est pars prima. Secūda vero pars accipitur ex gradu ♃ vsqꝫ in gradū ♄ et adduntur ei gradus coniunctionis vtriusqꝫ quo est in illa hora:ꝛ proijciuntur ab illo signo:et quo perueniet illic est pars scḋa. Deinde considera quantum distat vnaqueque partium a domino suo:aut dominus eius ab ea:vel vnaqueqꝫ earum a ♂:aut ♂ ab vnaquaqꝫ earum ꝛ dabis omnibus.30.gradibus eorum annū. Sed multam perscrutationē in scientia quantitatis eius quod significāt due partes inuenimus in libro duarum partium:cuius quidem iteratio in hoc loco species dispendij reputatur cum sit nostra intentio colligere illud ad quod intendūt astronomici in re duarū partiū:ꝛ iudicare ꝑm illud. De temporibus regum non est nisi q͛ intendunt ad partem ♄ primam ꝛ ♃ secundā: ꝛ exercerit eas in iudicio ꝑm illud qḋ vtebātur in duabus quas prediximus. ¶ Sed scientia quantitatis vite eorū ex parte diuisionis secunde que est ab hora eleuationis eorū consideratur ex ascendēte ꝛ ex medio celi extrahitur alhileg ꝛ alcodhodeli sicut fit in natiuitatibus:deinde diriges gradū ascendentis ad corpus eius ꝛ medium celi ad regnum eius: et eorum circumuolue reuolutiones simul ambas. Cumqꝫ peruenerit orbis ꝛ reuolutio eorum ambo ad infortunatū iudicatur destructio: ꝛ cum fuerit destructio alterius eorum sine alio iudicabitur ꝑm illum destructio. Qꝫ si peruenerit ascendentis gradus ad infortunium ꝛ fuerit infortunatus nimis iudicabitur ꝑm illud destructio ꝛ si fuerit minus iudicabitur ei egritudo: ꝛ si directio fuerit bona a gradu medij celi: ꝛ destructio fuerit ex parte directionis eorum sine ascendente iudicabitur super regni destructio: ꝛ si destructio fuerit ab eisduobus iudicatur destructio vtriusqꝫ:ꝛ testificatur super hoc per ascendens secte ꝛ ascendēs cōiunctionis ꝛ aduentum orbium ꝛ directionum quadrature infortunarū in illis locis:ꝛ forsitan accidit illud quod significat annuscum directio de signo profectionis ascendentis peruenit ad quadraturam illius significationis aut ad locū significatoris aut ad illud quod est inter eos de gradib⁹ ꝛ considerabis in anno in quo eleuauit se ad quod signum peruenit diuisio de termino ꝛ gradu ꝛ vtrum in illo termino fuerit radius planete in radice aut coniunctiōe que fuit in anno in quo fuit vicis regni exordium ꝛ an contingeret ei quarta de quartis aut non contingeret: deinde considera dñm profectionis in illo anno ꝛ dominum diuisionis prime vsqꝫ ad gradum directionis quantū distent inter se ꝛ radios infortunarum ꝛ iudicabitur ꝑm illud. ¶ Et quia auxiliante deo iam declarauim⁹ quod exponere voluim⁹ compleamus itaqꝫ differentiam quintam tractatus secundi.

¶ Differentia sexta in qualitate scientie egritudinum eorum significantium super detrimenta eorum.

Ostq̃ igitur premisimus in differẽtia quinta qualiter sciat eorum natura. tractandum ergo est in hac differentia que sit causa que significat detrimẽta eorum. Dicamus ergo si scire voluerimus illud: considerabimus anni ascendẽs ele uationem eorum significatorũ. Q si fuerit in domibus ♄ significat illud qđ esse eorum quod timetur erit per causas frigiditatum humiditatum ⁊ fluxus ventris: et precipue si fuerit in capricorno. Et si fuerit in ♒ erit per causas frigiditatum ⁊ ventorum Et si fuerit in domibus ♃ significat quod mors eorum erit mors bona. et si fu erit in ♐ per causam caloris ⁊ humiditatis sicut apostemata et his similia. Et si fuerit in domibns ♂ per causam caloris. et si fuerit in ♈ egritudines plus erunt eis in capitibus. Et si fuerit in ♏ erit cum calore ⁊ humiditate: ⁊ erunt egritudines in inferioribus eorum partibus. Q si fuerit in domibus ☉ significat quod egritudines eorum erunt per causas calorum ⁊ siccitatum ⁊ vehementius illo si ☉ erit infortunatus a ♂. Et si fuerit in domibus ♀ erit illud per causas medicinarum ⁊ venenorum ⁊ quicquid erit inde festiuum Et si fuerit in ♉ erit causa frigiditatis ⁊ siccitatis per causas bestiarum. ⁊ si fuerit in ♎ per calorem ⁊ humiditatem ex parte dolorum gutturis: ⁊ preci pue si fuerit ☊ in ♈. Et si fuerit in domib⁹ ☿ ⁊ precipue in ♊ erit illud per causam caloris ⁊ humiditatis ⁊ doloris epatis ⁊ frenesis ⁊ horum similium: ⁊ amissionis sensus. Et si fuerit in ♍ per causam destructionis epatis ⁊ fel lis ⁊ viscerum. Et si fuerit in domo ☽ per causam frigiditatis ⁊ humiditat[is] ⁊ oportet vt cõmisceas planetas ipsum considerantes ⁊ iudicẽtur ƒm illud Nam si planete considerantes ipsum fuerint conuenientes his que predixi mus erit verioris signi significationis. Et si non fuerint conuenientes post misceatur natura planetarum ipsum aspicientium et iudicetur ƒm ipsum. Et quia auxiliante deo iam explicauimus quod exponere voluimus. per- ficiamus ergo differentiam sextam secundi tractatus.

¶ Differentia septima in scientia qualitatis detrimenti eorum ⁊ diei in quo erit ⁊ ad quem conuertetur regnum post eos.

Ostq̃ ergo premisimus in differentia sexta scientiam quitti- tatis cause eorum. tractemus itaq̃ in hac differentia quali- tates detrimentorum eorum et diei in quo erit et ad quem conuertetur regnum post eos ⁊ guerrarum que accidunt ex eis. Cum ergo affectatur illud scire considerat in ascendente reuolutionis anni in qno eleuauit se eleuans vsq̃ ad locum ♄ ⁊ ♂: ⁊ si ♂ ꝯiunctus ♄ aut continuatus ei ex quadratura aut oppositiõe aut aspexerit eum aliquo aspectu significat interfectionem eius: ⁊ precipue si ♂ non fuerit receptus a ♄ ⁊ fuerit debilis in loco suo. quod si fuerit ♄ rece-

ptus in loco forti ⁊ ♂ in loco debili non in parte ex partibus suis significat ꝙ affectabitur ei illud ⁊ auferetur ab eo effectus ⁊ accident ei per illas cau sas guerre. Et si fuerit ♄ sub radijs combustus et ☉ pulsauerit ei significat interfectionem eorum. Et si fuerit ♂ separatus a ♄ ex □ aut de opposito et ☽ transtulerit inter eos lumen: et ♄ cadens ab ascēte: ⁊ ♂ fuerit in bono loco significat interfectionem eius: ⁊ similiter si ☽ transtulit inter eos signi/ficat illud idem. Cunqꝫ fuerit ♄ cadens ab angulis: et ♂ fuerit in loco suo fortis aut in angulo continuetur ex sextili aspectu ⁊ non abscidet inter eos lumen planete fortunati siue infortunati significat paucitatem more eius: ⁊ erit perfectuꝫ ⁊ forsitan consequetur illud in itineribus: ⁊ precipue si aspe xerit eum in sextilitate in anno quo permutatur cōiunctio de triplicitate in triplicitatem. Et cum fuerit ♃ dominus domus ♄ ⁊ fuerit destructus a cō iunctione ♂ aut quadratura eius aut oppositione eius ⁊ nō aspiciant eum fortune significat interfectioneꝫ eius. ¶ Et cum ꝯiunctus fuerit ♂ ♃ in de scensu ♂ aut in detrimento eius aut in fine signorum ⁊ eorum planeta non abscidat anteq̄ꝫ perficiatur eorum coniunctio significat illud idem: aut cū fuerit ♂ cum ☉: aut in signo secundo ab eo: ⁊ fuerit cadens super eum aut in vndecimo aut in duodecimo ab eo ⁊ fuerit cadens super eum significat interfectionem: et postea erunt guerre minime. Qđ si fuerit inter eos .30. gradus .30. mensibus: ⁊ durabit post eum guerra .15. mensibus ꝯm quanti tatem annorum ♂ in mensibus: ⁊ si fuerit inter eos plus .30. gradibus per q̄ntitatem .15. graduū: illud quidem significat ꝙ mora eius erit ꝯm duplū illorum graduū: ⁊ erit post eum guerra que durabit ꝯm ꝙ prediximus: sed erit leuior ea cum fuerit ꝯm quantitatem longitudinis que est inter eos .30 gradus. Qꝫ si non fuerit dispositio ☉ a ♂ ꝯm ꝙ prediximus in hora reuolu tionis āni in quo eleuauit se. Considerabis ergo qđ est inter ☉ ⁊ ♄ ⁊ dabis omni signo medietatem anni: ⁊ oportet vt consideres etiam in anno con/iunctionis aut in anno ad quem peruenit annus ab ascendente ꝯiunctiōis locum coniunctionis aut aliquam triplicitatum. et si acciderit ꝙ sit infor/tuna in illo loco erit timor abscindens: ⁊ si locus infortune fuerit fortunatꝰ ⁊ fuerit coniunctio in quarta prima timetur super eleuantem in principio il lius āni: ⁊ similiter si fuerit in reliquis quartis iudicabitur timor super oēs quartas ꝯm hunc modum. Et si acciderit permutatio de triplicitate in tri/plicitatem ⁊ fuerit coniunctio in domo ♃ aut in exaltiōe eius significat plu rima itinera ei ⁊ interfectionem eius. Et quando ♄ fuerit combustus pro/pinquius parti ☉ non perficitur eius annus: ⁊ erit hoc significatiuum mor/tis eius: ⁊ cum fuerit dominus medij celi in signo ad quod peruenit esse an norum significat mortem eius. ꝙ si eum infortunauerit ♂ significat inter/fectionem eius. Et cum eleuauerit se quispiam in anno coniunctionis tri/plicitatis ⁊ ♂ aspexerit coniunctionis locum a reliquis figuris sine aspectu

fortunarū significat interfectionez: ⁊ si non aspexerit significat illud mortē ⁊ forte fugam eius significat. Et cum eleuatus fuerit aliquis in anno ⁊ non aspexerit ♄ in reuolutionis hora ♃ significat priuationem insurgentium omni tempore suo: qđ si non aspexerit ♂ significat priuationem bellorum omni tempore suo. Si autem ♂ aspexerit ♄ ⁊ fuerit receptus in anno eleuationis eius erunt bella debilia omni tempore suo: ꝙ si ♄ receperit eum erit hoc remissioris debilitatis: ꝙ si fuerint aspiciētes in reuolutionis hora ⁊ non fuerit inter eos receptio significat illud multitudinem belloꝝ ⁊ guerrarum: ⁊ si cum hoc ♄ ⁊ ♃ imperauerint illi climati significat illud ꝙ plebs faciet insultum in eum ⁊ interficiet eum ⁊ accident guerre post eum et plus aduenient precipue in vice regni arabum prius ꝗ̄ intrent quartas: aut post modum ſm quantitatē septem annorum aut minus aut plus eo: verbi grā in hoc: quoniam directio in anno secte peruenit ad. 21. gradum ♓: et cum peruenit directio ad. 20. gradum ♊ interfectus est huthmen filius hasen: ⁊ hoc. 81. post reuolutionem anni permutationis secte: ⁊ cum peruenit directio ad. 20. gradum ♍ in capite. 90. post annorum interfectionem huthmen filij hasen: interfectus ē marnan fili⁹ mahometi filij marnan filij aquē ⁊ cum peruenit directio ad. 20. gradum ♐ et illud in fine duum aluathik: interfectus est almucteuequil post complementum quarte: et aduenerunt guerre ⁊ multiplicate sunt discordie. Cunqꝫ infortunatus dominus signi ☉ ⁊ ☽ in signo duum corpoꝝ duorum eleuantium in illa coniunctione mortē ꝑnunciat. Et quando infortunatur in signo medij celi significat eleuantis mortem: ⁊ cum combustus fuerit dominus medij celi aut fuerit in directo gradus ☉ significat eius mortem: ⁊ si iam pertransiuit gradū eius non moritur: ⁊ accidit ei dolor ⁊ tristicia: deinde remouetur illud: ⁊ cum fuerit dominus medij celi in signo duorum corpoꝝ infortunatus impedientur duo reges in illa coniunctiōe nisi fuerit planeta infortuna: nam illud significat in longitudine oppressionis eius: ⁊ timetur vt sit infortunium ⁊ detrimentū eius ſm substantiam signi in quo est infortuna ex quartis orbis: vt si fuerit in signo egritudinis: egritudo: ⁊ si fuerit in signo mortis: mors. ꝙ si aspexerint eum fortune euadent. Et etiam considerabis illud ex aggregatione significatoris ad infortunā ⁊ iudicetur ſm illud: ⁊ si infortuna aspexerit eleuantis significatorē ex cōiunctione vel oppsitione aut quadratura timetᷣ ei mors: ⁊ si fuerit in angulo ⁊ dominus eius iuerit ad combustionem ⁊ accidit ei infortuna in loco significatoris aut in medio celi aut in ascendente timetur ei: nisi cōmunicet ei fortuna in aspectu: ⁊ erit infortuna subueniēs ei in substantiam: ⁊ cum ♂ fuerit in ♉ aut ♏ ante reuolutionem anni eleuantis retrogradus fuerit in aliquo eorum postꝗ̄ intrauerit ānus timetur ei etiā ⁊ primū formidabilius: ⁊ cū vagatur ♂ in signo secte cuiuspiā gentis aut vicis regni eius aut oppositione eius: ⁊ si fuerit annus cōplemento tpis

lib. 2

¶ Et cum fuerit mars transiens sup solem significat vehementiã caloris ⁊ siccitatē aeris. ¶ Cum fuerit transiens sup venerē significat mortē regis alhauez ⁊ destructionē maioris partis terre eoꝝ ⁊ cadere egritudines ⁊ mortez in eos: et multas parere feminas filias cum vehementi calore q̃ erit in quarta estiuali. ¶ Cū fuerit transiens sup mercurium significat destructionē aduenire in plura climata ⁊ nimiã mortez in terrã romanoꝝ cū multis pluuijs ⁊ nebulis ⁊ nubibus ⁊ vehemēti frigore quarte hyemalis et autūpnalis. ¶ Cum fuerit transiēs sup lunam significat mortē regis babylonie ⁊ mortē regis alhauez ⁊ renouationē regni alterius ⁊ multaꝫ pugnã ⁊ guerram in plurib⁹ climatibus ⁊ mortē cadere in persiam ⁊ romanos cū paucitate lupoꝝ ⁊ precio bestiarū.



Sermo in mamareth planetarū sup martem.

¶ Et cum fuerit sol transiens sup martem significat humiditatē aeris. Et cum fuerit venus trãsiens sup eum significat mortē aduenire quibusdam regum mulieribus ⁊ graue esse viroꝝ ⁊ destructionē esse mulierum ⁊ ciues eradij pugnare cum ciuibus montis ⁊ mutationē pluriū exercituū ⁊ pugnã facere ex parte nigroꝝ ad partem montiū ⁊ eos destruere plures regiones cum multitudine aquarum ⁊ superfluitate pluuiaꝝ. ¶ Cum fuerit mercurius transiens sup eum significat magnū timorē vehementē qui accidit in pluribus regionibus cū esse pugne ⁊ destructionis ⁊ diuersitatis ⁊ impedimenti ⁊ mortis in terra romanoꝝ ⁊ precipue in viris cum flatu ventoruꝫ ⁊ multis niuibus. ¶ Cum fuerit luna sup transiēs eum significat multas humiditates ⁊ frigiditatem.

Sermo in mamareth solis sup planetas.



¶ Et cuz fuerit sol transiens sup venerẽ significat siccitatez aeris Cum fuerit transiens super mercuriũ significat ciues ciuitat facere bellum inter se adinuicez ꝛ multos ventos ꝛ paucitatẽ pluuiarũ ꝛ detrimentũ herbarum ꝛ inundationes fluminũ. Cuz fuerit transiens super lunã sigt paucitatẽ humiditatũ.

Sermo i mamareth pl'aꝝ sup ☉

¶ Et cum fuerit venus transiẽs super solem significat inimicos possidere terrã romanoꝝ ꝛ mortẽ cadere in mulieres cum temporantia pluuiarũ ꝛ flatum ventoꝝ. ¶ Et cum luna fuerit transiens super eũ significat paucitatẽ pluuiaꝝ.

Sermo in mamareth veneris sup planetas.



¶ Et cum fuerit venus transiẽs super mercuriũ sigt illud multaz mortẽ ꝛ instabilitatẽ hominum ꝛ cõmixtionẽ inter eos ꝛ paucitatem pluuiarũ ꝛ tonitruoꝝ ꝛ coruscationũ ꝛ paucitatẽ annone. Cuz fuerit transiens super lunaz sigt paucitatẽ humiditatũ.

Sermo i mamareth pl'aꝝ sup ♀

¶ Et cũ fuerit mercuri⁹ trãsiens super venerẽ sigt ciues armenie facere guerras romanis ꝛ multas humiditates ꝛ forsitan temporabit aer cũ incessante ventorũ flatu. Cũ fuerit luna transiẽs sup eã sigt illud esse guerraruz q̃ aduenient persis ꝛ mortẽ regis eoꝝ in iuuentute sua ꝛ similiter adueniet in alhauuez cũ multi latronibus ꝛ furibus ꝛ cadere belluz inter ciues persaꝝ ꝛ romanoꝝ ꝛ interfectionẽ regis persaꝝ ꝛ aborsuz pregnatarũ ꝛ preciũ asinoꝝ ꝛ mortẽ boum ꝛ multa tonitrua ꝛ coruscationes ꝛ paucitatẽ messiuz ꝛ seminum.

lib. 6.

¶Sermo in mamareth ☿ super planetas.

Et cũ fuerit ☿ trãsiens super ☽ sigt illud facere guerram inimicoꝝ pluribꝰ terris romanorum cũ multis pluuijs ꝛ inũdationibꝰ fluminũ.



¶Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ significat illud multas natiuitates: ꝛ detrimentum herbaruꝫ: ꝛ mediocritatẽ pluuiaꝝ. Postq̃ ergo venimus super illud quod narrare voluimus. Compleamꝰ dr̃am secundã cum dei auxilio.



¶Dr̃a tercia in iudicio super mamareth stellaꝝ eleuantium aliarum super alias cum fuerint equidistantes signo ♊.

Postq̃ igitur premisimus in differentia secunda planetarum significationes eleuantium alioꝛum super alios cum fuerint equidistantes signo ♉. Tractandũ est ergo in hac differẽtia de rememoꝛatione significationuꝫ eoꝛum super simile illius quando fuerint equidistantes signo ♊.

¶Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶Dicamus ergo cũ ♄ transierit super ♃ significat mortem regis armenie ⁊ militarium: ⁊ abscissores viarum precipue arabes: et ipsos accipere pecunias mercatorum cum paucitate pluuiaruz ⁊ aquarum: ⁊ beluis aque pluuiarum sicut rane ⁊ his silia. ¶Et cum fuerit transiẽs super ♂ sigt cõmotionem inimicorum: ⁊ aduentũ infortune in pluribꝰ terris ⁊ aduentum locustarum: ⁊ incessantem ventorum flatum: ⁊ paucitatez humiditatũ. ¶Cũ fuerit transiẽs super ☉ significat regẽ babylonie interficere quasdam suarum mulierũ cum fortissimo calore. ¶Cum fuerit transiens super ♀ sigt illud mortem regis romanorum: ⁊ multas iniusticias et infortunia in terra sua: ⁊ casum mortis in mulieres: ⁊ paucas pluuias. ¶Cũ fuerit trãsiens sup ☿ significat illud regem babilonie interficere quasdam mulierum suarum cum mediocritate ventorũ ⁊ prosperitate eorũ. ¶Cum fuerit transiens sup ☽ significat illud regem babilonie interficere quasdam suarum mulierum cum paucitate pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶Et cum fuerit ♃ transiens super ♄ sigt illud thurcos destruere maiorem partem terre montium: ⁊ ire omnes ciues alhauez ad eos et destruere eos sm maiorem partem eorum cum siccitate multa in armenia: et in eo quod est circa eam: ⁊ prosperitatem messium in babilonia: ⁊ prosperitatẽ fructuũ eius: ⁊ flatum ventoꝝ: ⁊ multum esse humiditatũ. ¶Cum fuerit ♂ transiẽs super eum significat illud motum ciuium montium et eos facere guerram ciuibus occidentis: ⁊ pugnam aduenire in terram romanorum cum multis egritudinibus: ⁊ mortem in eis: ⁊ esse pluuiarum ⁊ tonitruorum ⁊ choruscationũ. ¶Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud prosperitatẽ esse ciuium alhauez ⁊ multum bonum apud eos cum bonitate aeris: ⁊ temperantiam pluuiarũ. ¶Cum fuerit ♀ transiens super eum sigt illud prosperuz esse ciuium alhauez: ⁊ multos milites esse apud eos cum superfluitate pluuiarum. ¶Cum ☿ fuerit transiens super eum significat prosperũ esse regis babilonie: ⁊ incessantez flatum ventorum. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat multitudinem pluuiarum.

46. 6.

¶ Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ transiēs sup ♂ significat illud mortē ciuium de aliomena: ⁊ destructionem ⁊ angustiam in viridarijs cū paucitate humiditatuȝ. ¶ Cū fuerit ♃ trāsiens sup ☉ significat illud siccitateȝ aeris. ¶ Cū fuerit transiens super ♀ significat illud ꝓsperum esse regis babilonie: ⁊ ciues armenie facere guerram ciuibus eradie ⁊ destruere eam: ⁊ mortem cadere in mulieres pregnatas: ⁊ paucitateȝ pluuiarum ⁊ multiplicationeȝ messiū. ¶ Cū fuerit transiens sup ☿ significat illud ciues indie facere bella cōtra ciues romanorū ⁊ destruere regiones eorum cum valitudine ventorū ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud superfluitateȝ pluuiarum e aquarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶ Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat illud mortem duorum regū aliomena ⁊ albedia ⁊ destructioneȝ eius: ⁊ fortasse accidit hoc in pluribus terris: ⁊ cadere mortē in plures inimicos regis babilonie. ¶ Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud timorem regi babilonic: et gaudia regi albedie: et prosperitatem ciuium eius: et multum infortunium in armenia. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum significat mediocritatem esse mulierū pregnatarū cum tenebrositate aeris ⁊ multitudine humiditatuȝ ⁊ pluuiarū ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat cadere contrarietatem inter plures homines cum interfectione ciuium aldearū adinuicē. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum signifiicat illud multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth ♂ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♂ transiēs sup ☉ sigt illud caliditatem aeris et eius siccitatem. ¶ Cū fuerit trāsiens sup ♀ significat illud contrarietatem virorum cum mulieribus: ⁊ mortem pregnatarum ex eis: ⁊ paucitatem rerum ⁊ humiditatū. ¶ Cum fuerit trāsiens super ☿ sigt mortem quorundā filiorum regum: ⁊ renouationez regis babilonie ex his qui nō cōueniunt regno: ⁊ exitū exercituū a montibus adhorasten: ⁊ interfectionem eorum adinuicem: et multos pauores cōtingentes cū inimicitijs inter eos: et destructionem monasteriorum ⁊ ecclesiarum: ⁊ acceptionem censuum suorum cum paucitate pluuiarum: ⁊ validitate ventoꝝ. ¶ Cumf nerit transiens super ☽ significat illud mortem regis babilonie: et contrarietates que cadent inter eius nobiles: ⁊ expendi census eorum cum morte regis alhauez: ⁊ multam cedem ⁊ guerrā in plura climata cū siccitate aeris ⁊ paucitate humiditatū.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶ Et cum fuerit ☉ transiens super ♂ significat illud multas cedes in babilonia ⁊ querimoniam eorum adinuicem ⁊ vindictam eoꝝ inter se. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum significat illud mortem cadere in magnates ciuium montium ⁊ in reges eorum cum odio et discidio qđ adueniet inter plures hoīes: ⁊ mortem cadere in mulieres: et pluuias multas. ¶ Cū fuerit ☿ transiens super eum significat illud ciues romanos ciuibꝫ montiū inimicari: ⁊ erunt guerra ⁊ nocumentum ⁊ pugna inter ciues montium cum multitudine mortis ouium: ⁊ paucitate pluuiarū: ⁊ vehementiaꝫ frigoris. ¶ Cū fuerit ☽ transiens super eum significat illud superfluitatem pluuiarum et humiditatum.

¶Sermo in mamareth ☉ super planetas.



¶Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat illud paucitatẽ humiditatũ. ¶Cuʒ fuerit trãsiens super ☿ significat flatus ventoꝝ venenosorũ multitudineʒ. ¶Cũ fuerit trãsiens super ☽ significat paucitatẽ aquarũ ⁊ humiditatũ

¶Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶Et cum fuerit ♀ transiẽs sup ☉ significat illud humiditatem aeris. ¶Cũ fuerit ☿ trãsiẽs sup eum significat illud multam siccitatem in pluribus climatibus: ⁊ paucitateʒ auium ⁊ bestiarum aque cum paucitate pluuiarum ⁊ siccitate aeris. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eũ significat illud paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth ♀ super planetas.



¶Et cum fuerit ♀ transiẽs sup ☿ significat illud apparentiam salutis: ⁊ multitudinem elemosinarum in terra babilonie ⁊ ꝑsie ⁊ alhaueʒ ⁊ aradie ⁊ romanorũ ⁊ augmenti in possessionibus et hereditatibus: ⁊ multas causas virorum contra mulieres: ⁊ paucitatem pluuiarum: et multa tonitrua ⁊ choruscationes: ⁊ superfluitatem aquarum: ⁊ inundationes fluminũ. ¶Cũ fuerit transiens super ☽ significat paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶Et cũ fuerit transiens ☿ super ♀ significat illud romanos facere guerrã ciuibus babilonie cum eo ꝙ timebunt qui in circuitu eoꝝ fuerint: ⁊ cadere odium inter romanos ⁊ thurcos ⁊ bellum ⁊ permutationeʒ exercituum de ciuibus armenie ad ciues alhaueʒ: ⁊ mortẽ regis babilonie: ⁊ multã mortẽ

cadere in mulieres pregnatas in persiam cum multitudine pluuiarũ: ꝛ sup/fluitate aquarũ. Cum fuerit ☽ transiens super eum significat flatũ ventoꝝ.




❡Sermo in mamareth ☿ super planetas.

❡Et cum fuerit ☿ transiẽs sup ☽ sigt illud multam siccitatez in pluribus climatibꝰ: ꝛ paucitatez diuitum cum paucitate piscium ꝛ flatum ventorum.

❡Sermo in mamareth planetarum super ☿.

❡Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ significat illud multam temperantiam pluuiarum: ꝛ flatum ventoꝝ. Cõpleta igitur est differentia tercia cum auxilio dei.



❡Differentia quarta in iudicio super mamareth planetarũ eleuantium adinuicem cum fuerint equidistantes signo ♋.

Postq̃ igitur premisimus in differentia tercia rememoratioẽ significationũ mamareth planetarũ alioꝝ sup alios cũ fuerit equidistãtes signo ♊. Tractemus ergo in hac dr̃a sigtiones aliorum super alios cum fuerint equidistantes signo ♋.

lib. 6

¶ Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶ Dicamus itaque quod cum fuerit ♄ transiens super ♃ significat moderantiam regis babilonie et eum tenere suum regnum per seipsum et paucam habere fiduciam in alium: et multos latrones et peruersos: et paucitatem pluuiarum: et detrimentum aquarum: et multarum beluarum aque sicut rane et his similia. ¶ Cum fuerit transiens super ♂ significat commotionem thurcorum et fraudem eorum: et inimicitiam inter homines cadere et multas locustas: et superfluitatem pluuiarum et fixionem earum. ¶ Cum fuerit transiens super ☉ significat illud mortem mulierum regum: et casum mortis in pluribus climatibus cum siccitate aeris. ¶ Cum fuerit transiens super ♀ significat pestilentiam aduenire in terra romanorum: et mortem cum multo calore: et paucitatem humiditatis. ¶ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud causam mortis in pluribus climatibus; propterea quod occurret hominibus vehementia febrium cum paucitate pluuiarum: et mediocritate caloris. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mortem quarundam mulierum regum: et casum mortis in pluribus climatibus cum vehementia febrium: et cum paucitate pluuiarum et aquarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶ Et cum ♃ fuerit transiens super ♄ significat illud multam cedem fieri inter reges: et mortem regis babilonie: et ciues montium facere insultum in ciues babilonie et destructionem plurium climatum: et multas natiuitates cum paucitate pluuiarum et humiditatum: et multiplicationem messium: et prosperum esse decorem. ¶ Cum fuerit ♂ transiens super eum significat illud multos inimicos insurgentes: et casum locustarum: et mediocritatem pluuiarum: et paucitatem aquarum. ¶ Cum fuerit ☉ transiens super eum significat diminutionem aquarum: et mediocritatem pluuiarum. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum significat illud prosperitatem pluuiarum incessanter: et locustas multum destruere segetes. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud romanorum salutem regis et durabilitatem vite eius: et paucitatem pluuiarum: et motionem ventorum. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat aborsum pregnatarum et paucitatem messium: et superfluitatem pluuiarum: et multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ transiēs sup̄ ♂ significat morteʒ inimicorum regis: et multos latrones in eos detegere malefactum suorum: ⁊ malefacere pro nihilo cum sup̄fluitate pluuiarum et aquarū ⁊ augmēto tigr̄ ⁊ eufrates. ¶ Cū fuerit trāsiens super ☉ significat illud mortem nimiaʒ in hoibus ⁊ multa miracula in terra montium: ⁊ prosperū esse ciuib⁹ tigr̄ ⁊ eufrates ⁊ salutem eoꝝ. ¶ Cū fuerit transiens sup̄ ♀ significat illud salutem regis babilonie: et fortunam durabileʒ in terra sua ⁊ multas humiditates: ⁊ saluteʒ messiū. ¶ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud inuestationē seruoꝝ ad reges ⁊ mendacia ⁊ dubitationem: ⁊ mortem regis persie: et aduentum diluuiorum ⁊ miraculorum in montibus ⁊ ceteris montibus: ⁊ destructiōʒ palaciorum iudicum cum multitudine pluuiarum in quibusdam horis: et forsitan cum paucitate nubium ⁊ tonitruorū: ⁊ velocitate pestium in plant̄ ⁊ paucam inundationeʒ. ¶ Cū fuerit transiens super ☽ significat paucitatē pluuiarum ⁊ humiditatum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶ Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat cōmotionem inimicorum: ⁊ ipsos facere guerram in pluribus terris ⁊ eos depredare eas: ⁊ combustiōʒ fore in babilonia cum multis pluuijs ⁊ cum augmento tigris ⁊ eufrates: et multa inundatione: ⁊ p̄cipue in tempore congruente ei. ¶ Cū fuerit ☉ transiens super eum significat illud humiditatē aeris ⁊ rorem eius. ¶ Cū fuerit ♀ transiens super eum significat mortem quorundaʒ regum ⁊ magnatum ⁊ multa tripudia regis montium cum superfluitate pluuiarū ⁊ humiditatū ⁊ diminutionem aque maris. ¶ Cū fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortem regis babilonie: ⁊ multa miracula in pluribus climatibus: et dispersioneʒ diuinatorum: ⁊ pugnare aldeanos inter se: ⁊ destruere plures aldearum: ⁊ mulieres seipsas custodire cum multitudine pluuiarum: ⁊ augmuentum aquarum ⁊ fluminū. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat multos rores.

lib. 6.

¶ Sermo in mamareth martis sup planetas.

¶ Et cu₃ fuerit mars transieus sup solem significat illud vehementiã caloris ⁊ siccitatẽ in aere ¶ Cum fuerit transiens sup venerẽ significat multos insurgentes sup ciues montiũ ⁊ eos facere guerras eis ⁊ cõsequenť ciues alhauue₃ malũ ab inimicis suis ⁊ morienť mulieres pregnantes cu₃ paucitate hũiditatũ ex vehemẽtia caloris. ¶ Et cũ fuerit trãsiens sup mercuriũ significat illud interfectionẽ que continget inter filios regu₃ ⁊ fortitudinem bellorꝫ ⁊ destructionẽ multoru₃ regnorꝫ ex omuibus regionibus ⁊ nocumento inimicorꝫ in occidente ⁊ in terra eius ⁊ destructionẽ palaciorũ regũ ⁊ locorꝫ eorꝫ cu₃ vehementia caloris ⁊ mora eius. ¶ Cu₃ fuerit transiens sup lunã significat mortẽ regis babylonie ⁊ nobiles eius discõuenire ⁊ dispendiũ censuũ eorꝫ: ⁊ mortẽ regis alhauue₃ ⁊ multã pugnã ⁊ guerras in pluribus climatibus ⁊ capere se adinuicẽ: ⁊ multã mortẽ in persia ⁊ romanis: ⁊ vehementẽ luporꝫ rapacitatẽ: ⁊ caristiã bestiarꝫ ferentiũ onera sicut sunt boues ⁊ cameli cũ paucitate humiditatũ ⁊ siccitate aeris.



¶ Sermo in mamareth planetarꝫ sup martẽ.

¶ Et cũ fuerit sol transiens sup martẽ significat multas pluuias. ¶ Cũ fuerit venus trãsiens sup eũ significat illud mortẽ quorundã filiorꝫ regũ ⁊ cadere eos cu₃ ferro ⁊ ciues montiũ facere pugnã cõtra ciues eradie ⁊ multã mortẽ in eis fieri ⁊ mortẽ regis: ⁊ magnã destructionẽ pluriũ regionũ ⁊ casum cõbustionis in eis: ⁊ multas locustas cũ esse humiditatu₃ ⁊ superfluitatẽ inundationũ. ¶ Et cu₃ fuerit mercurius transiens super eum significat illud casum mortis in hominibus cũ vehemẽtia caloris ⁊ multis terremotibus. ¶ Et cu₃ fuerit transiens luna sup eum significat multas pluuias.

Sermo in mamareth solis sup planetas.



¶ Et cũ fuerit sol trãsiẽs sup ♀ sigt siccitatẽ aeris. ¶ Cuz f uerit trãsiẽs sup ☿ sigt illud nimiã hominũ mortẽ cũ superfluitate pluuiaꝝ: ⁊ vehemẽti in tpe suo calore: ⁊ paucitatẽ aquaꝝ ⁊ corruptionẽ fluminũ. ¶ Cũ fuerit trãsiẽs sup lunã sigt illud paucitatẽ humiditatũ.

Sermo i mamareth plaꝝ sup ☉

¶ Et cũ fuerit venꝰ trãsiẽs sup solẽ sigt illd mltas pluuias. ¶ Cũ fuerit ☿ trãsiẽs sup eũ sigt illud diuturnã vitã regis romanoruz cũ vehemẽti calore. ¶ Cũ fuerit ☽ trãsiens sup eũ sigt supfluitatem humiditatũ.

Sermo in mamareth veneris sup planetas.



¶ Et cũ fuerit ♀ trãsiens sup ☿ sigt illud destructionẽ terre babilonie ⁊ aduentũ mortis in terra romanoꝝ ⁊ precipue in mulieribus cũ multis pluuijs ⁊ nubibꝰ ⁊ tonitruis ⁊ coruscationibꝰ: ⁊ vehemẽti in tpe suo calore. ¶ Cuz fuerit transiẽs sup lunã sigt multas pluuias ⁊ supfluitatẽ humiditatũ.

Sermo i mamareth plaꝝ sup ♀

¶ Et cũ fuerit ☿ trãsiens sup ♀ sigt hoies vti ambulatione: ⁊ nimiã mortẽ ⁊ pcipue in mulieribꝰ pregnatis ⁊ cadere in obtalmiã ⁊ pestẽ: ⁊ bella aduenire hoibus ⁊ precipue inter thurcos ⁊ romanos ⁊ thurcos captiuare eos ⁊ destructionẽ fore in pluribꝰ terris ⁊ diuersitatẽ rerũ cũ eo ꝙ rex babylonie impugnabit ciues armenie: ⁊ cadet in eos captiuitas ⁊ destructio legũ ⁊ ecclesiaruz cũ multis humiditatibꝰ ⁊ nebulis. ¶ Cuz fuerit luna transiens super eaz significat multas humiditates.

hb-6

Sermo in mamareth mercurii sup planetas.

¶ Et cuz fuerit ☿ trāsiēs sup ☽ sigt illud longitudinē vite regis romanoꝝ ⁊ mltas humiditates ⁊ augmentū aquarū.



Sermo i mamareth plaꝝ sup ☿

¶ Et cū fuerit luna trāsiens sup mercuriū sigt illud inclusionem scz siccitatē fluminū cū mediocritate pluuiaꝝ ⁊ incessante ventorū flatu. Postq̃ ergo venim⁹ cū eo q̄ narrare voluimus. Compleamus igit differentiā quartā cum auxilio dei.



Dr̄a quinta in iudicio sup mamareth planetaꝝ eleuantiū adinuicē cum fuerint equidistantes signo leonis.

Postq̃ igit p̄misim⁹ in dr̄a quarta rememorationē mamareth significationū planetaꝝ alioꝝ sup alios cū fuerint equidistantes signo cācri Tractem⁹ ergo in hac dr̄a significatiōes eoꝝ ꝑm illud cū eqdistāt signo ♌.

¶ Sermo in mamareth saturni sup planetas.



¶ Dicam⁹ ergo q cū fuerit saturnus transiens sup iouem significat illud mortē regis babylonie ⁊ mortē cadere in homines ⁊ lupos ex paucitate pluuiaꝝ ⁊ diminutione seminū in plurib⁹ terris ¶ Cū fuerit transiens sup martē significat vehemētiā flatus ventoꝝ calidoꝝ in tēpore suo ⁊ paucitatē annone ⁊ messiū ⁊ diminutionē vtroꝝūqꝫ. ¶ Et cum fuerit transiens sup solem significat illud mortē regis babylonie aut quorūdam ciuiū alhauez: ⁊ casum cōstrictionū in clustasen cū multo locustarū casu ⁊ supfluitate pluuiaꝝ ⁊ prosperitate eaꝝ. ¶ Cū fuerit transiēs sup venerē significat illud mortē regis babylonie aut quorundā nobiliū ciuiū alhauez ⁊ cadere cōstrictiones cū eo quod erūt humiditates ¶ Cū fuerit transiens sup mercuriū significat illud mortē regis babylonie ⁊ multū casuz mortis in homines ⁊ constrictiones cū vehementi frigore in suo tempore. ¶ Cuz fuerit trāsiens super lunā significat mortē regis babylonie aut quorundā nobilium alhauez ⁊ cadere constrictiones cū multitudine locustarū ⁊ prosperitatem pluuiaꝝ cū multis humiditatibus.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup saturnū.

¶ Et cū iupiter fuerit transiens sup saturnū significat regē babylonie ⁊ familiā suam gaudere ⁊ mori quosdā reges ⁊ magnates ⁊ mortē multorum hominū ⁊ cadere discidiū ⁊ odiū inter eos cū bonitate aeris ⁊ ventoꝝ ⁊ ꝓsperitatē esse messiū. ¶ Et cū fuerit mars transiens sup eum significat illud mortē regis babylonie ⁊ vehementiaz siccitatis in terra sua ⁊ mortez regis armenie cū fortitudine ventoꝝ ⁊ multo puluere. ¶ Cum fuerit sol transiēs sup eū significat illud multas locustas ⁊ augmentū herbaꝝ cum supfluitate pluuiaꝝ ⁊ humiditatū. ¶ Et cū fuerit venus transiens super eum significat illud mortem cadere in homines ⁊ nimiā siccitatē ⁊ locustas ⁊ mediocritatē pluuiarū ⁊ multas aquas ⁊ ventos. ¶ Cum fuerit luna transiens super eum significat illud aborsuz pregnataꝝ ⁊ multas pluuias ⁊ humiditates ⁊ ventos.

46-6

Sermo in mamareth iouis sup planetas.



¶ Et cū fuerit ♃ trāsiēs sup martem significat illud mortē inimicoꝝ ꝛ principū ꝛ vehementiā frigoris. ¶ Et cū fuerit sup solem significat illud pluuias fore ꝛ prosperitatē eaꝝ. ¶ Cum fuerit trāsiēs super venerē significat illud ꝙ ciues nigredinis incurrent infortuniū vehemens ꝛ mortez regis babylonie ꝛ prosperum esse ciuitatū pluriū regionū cuz eo ꝙ erit terremotus. ¶ Cū fuerit trāsiens sup mercuriū significat illud regē babylonie facere inimicis suis bonū ꝛ dabit eis ꝛ interfectionē duoꝝ reguz montiuz et adrabigem: ꝛ ꝙ ciues orientis remouebunt regez babylonie a regno suo post multos nuncios iuter eos: ꝛ multas pluuias ꝛ tonitrua ꝛ ventos ꝛ coruscationes ꝛ terremotus cum pauco nocumento eius ꝛ pauca destructione eius. ¶ Et cū fuerit transiens sup lunā significat illud ꝓsperitatē aeris.

Sermo in mamareth planetaꝝ sup iouē.

¶ Et cū fuerit mars transiens sup iouē significat mortē regis babylonie ꝛ destructionē aldeaꝝ eius ꝛ inimicos vincere eos ciues ꝛ terraz eius ꝛ paucitatē pluuiaꝝ ꝛ detrimentū aquarū in puteis ꝛ in alijs. ¶ Et cuz sol fuerit transiens sup eū significat illud paucas pluuias in pluribus terris. ¶ Cuz fuerit venus transiēs sup euz significat illud mortē regis babylonie ꝛ multa gaudia ciuiū regis alhauuez ꝛ feruorē inimicoꝝ super regem ꝛ mortem inimicoꝝ filij sui ꝛ ciues alhauuez facere insultū in arabes ꝛ mortē cadere in ciues nigredinis ꝛ eradie ꝛ montis. ¶ Et cū fuerit mercurius transiens super eū significat illud ꝙ in parte orientis ꝛ in parte vnde flat ventus oriētalis ꝛ in terra babylonie ꝛ in eo ꝙ est circa partes istas erūt bella magna cum multis ventis. ¶ Et cū fuerit luna transiens super eum significat illud multas humiditates.

Sermo in mamareth martis sup planetas.



¶ Et cũ fuerit mars trāsiens sup solem significat illud multas coruscationes. ¶ Cum fuerit transiens sup venerē significat illud mortē regis alhauuez ꝛ destructionē terre sue: ꝛ mortē quorūdam mulierꝝ regū: ꝛ multam cōbustionē ꝛ infortuniū ꝛ constrictiones ꝛ mendatiuz ꝛ rumores terribiles ꝛ locustas in pluribus terris cuz paucitate pluuiarum. ¶ Et cũ fuerit transiens sup mercuriū significat litigiū inter ciues haurestẽ ꝛ romanos ꝛ constrictionē regis in illo cum prosperitate esse romanoꝝ ꝛ destructionem ciuiū babylonie: ꝛ multā cōbustionē ꝛ paucitatē pluuiaꝝ ꝛ multum calorez in tempore suo. ¶ Et cũ fuerit transiens sup lunā significat illud mortem regis babylonie ꝛ nobiles illius discōuenire ꝛ expensionē censuū eius ꝛ mortē regis alhauuez ꝛ multā interfectionē ꝛ guerras in pluribus climatibus ꝛ quorundā capere alios: ꝛ multā mortē in persis ꝛ romanis in terra montiū cũ paucitate lupoꝝ: ꝛ caristiā ferentiū onera ex bobus ꝛ camelis et alijs cũ siccitate aeris ꝛ paucitate humiditatis.

Sermo in mamareth planetaꝝ sup martē.

¶ Et cũ fuerit sol transiens super martē significat illud paucitatē pluuiarū ¶ Et cum fuerit venus transiens super eum significat nimiam cadere inimicitiā ꝛ odiū inter homines cum multis pluuijs ꝛ tonitruis ꝛ coruscationibus. ¶ Et cũ fuerit mercurius transiens super eū significat illud ciues babilonie impugnare eos in parte meridiei ꝛ multā effusionē sanguinis inter eos ꝛ maior pars hominū facere exercitū contra ciues babylonie ꝛ mortez regis persie ꝛ destructionē pluriū inimicoꝝ regum: ꝛ tristicias accidere hominibus sapientibus ꝛ mortē quorundā: ꝛ ciues orientales impugnare ciues occidentales ꝛ multū detrimentū in pluribus regionibus: ꝛ locutiones seruoꝝ inhonestoꝝ in domibus orationis cũ multis humiditatibus ꝛ supfluitate pluuiarū ꝛ terremotus fore. ¶ Et cum fuerit luna transiens super eum significat alteratione aeris ꝛ diuersitatē eius.

lib. 6.

¶ Sermo in mamareth solis sup planetas.

¶ Et cum fuerit sol transiens super venerē significat illud multas pluuias. ¶ Et cū fuerit transiens super mercuriū significat illud nimiā mortē cadere in homines cū vehementi calore et durabilitate eius. ¶ Cū fuerit trāsiens super lunā significat illud rectificationē aeris et flatū ventorum venenosorū.



Sermo in mamareth planetarū super solem.

¶ Et cū fuerit venus trāsiēs sup solē significat illud suphabūdātiā humiditatū. ¶ Cū fuerit ☿ transiens super eū sigt illud mortem cadere in ambulantes et multas locuitas cū flatu ventorū et caliditat eorū. ¶ Et cū fuerit ☽ trāsiēs sup eū sigt illud paucitatē humiditatū.

¶ Sermo in mamareth veneris sup planetas.

¶ Et cū fuerit ven⁹ trāsiens sup mercuriū sigt illud multas egritudines in militib⁹ et nobilibus ex tussibus cum multa morte ob illā causam et potentiam mulierū cū paucitate pluuiarū et vehementi calore et tonitrua et coruscationes fore in tpe suo. ¶ Cū fuerit trāsiēs sup ☽ sigt illud paucitatē pluuiarū et paucitatē hūiditatū.



Sermo ī mamareth plāarū sup ♀

¶ Et cū fuerit ☿ trāsiēs sup venerē sigt illud captiuitatē ciuiū eradie et mortē que adueniet in plura climata et precipue in militibus et multa bella et latrones et effusiones sanguinū cū prosperitate aeris et mediocritate humiditatū et corroboratione caloris in tempore suo. ¶ Et cū fuerit luna transiens sup eum sigt pluuias et humiditates.

Sermo in mamareth mercurij sup planetas.

¶ Et cũ fuerit mercuri⁹ trãsiens sup lunã significat nimiũ mortis casuz in hoĩbus cũ casu locustarũ ꝛ incessante ventoꝝ flatu.

Sermo i mamareth pl'aꝝ sup ☿

¶ Et cũ fuerit luna trãsiẽs super mercuriũ significat illud casum mortis in hoĩbus cuz paucitate humiditatũ ꝛ incessantẽ ventoꝝ flatũ cũ vehementi calore. Et qꝛ deo auxiliante iaz venim⁹ cũ eo ꝙ narrare volum⁹. Cõpleam⁹ ergo dĩaz quintã.





Dĩa sexta in iudicio sup mamareth planetaꝝ eleuantiũ alioꝝ sup alios cũ fuerint equidistantes signo virginis.

Postq̃ pmisim⁹ igit in dĩa quinta cũ rememoratione significationũ mamareth planetaꝝ alioꝝ sup alios cũ fuerint equidistantes signo leonis. Tractem⁹ ergo in hac dĩa significationes eoꝝ ſm illud cũ equidistant signo virginis.

166·6

¶Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶Dicam⁹ q᷑ cum fuerit ♄ transiens super ♃ significat illud destructionem terre armenie et durabilitatem eius per tres annos cum paucitate pluuiarum et siccitate et superfluitate aquarum marium. ¶Cum fuerit transiēs super ♂ significat illud destructionem plurium partium terrarũ cum vehementi frigore ⁊ durabilitate eius: et p̄cipue in duob⁹ temporibus conuenientibus ei: ⁊ multā mortem plurium ex arboribus. ¶Cum fuerit transiēs super ☉ significat illud siccitatez aeris. ¶Cũ fuerit transiens sup ♀ significat illud milites armenie moueri: ⁊ prosperitatez pluuiarum ⁊ humiditatem. ¶Cum fuerit transiens super ☿ significat illud ciues alhauez multum impugnare inimicos suos: ⁊ mortez aduenire quibusdā mulierib⁹ regum: ⁊ exitum exeuntiũ qui eundo corrumpent terras ⁊ terminos earum cum superfluitate pluuiarum: ⁊ multas inundationes: ⁊ vehementiam frigoris. ¶Cum fuerit transiens super ☽ sig̃t multas humiditates ⁊ pluuias.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶Et cum fuerit transiens ♃ super ♄ significat illud plurium partiuz facere exercitũ contra terram romanorũ et ipsos depopulari plures eorũ aldeos cum destructione armenie: ⁊ multis infirmitatibus: ⁊ mortem in hominib⁹ cũ paucis humiditatibus: ⁊ pauco ventorũ flatu: ⁊ prosperitatē esse seminũ ⁊ fortasse adueniet siccitas in terra alhauez. ¶Cum fuerit ♂ transiens sup eum significat illud multas congregationes: ⁊ vehementē calorē: ⁊ frigus in duobus tp̄ibus eis conuenientibus: ⁊ corruptionez locustarũ ad plures redditus. ¶Cum fuerit ☉ transiens super eũ sig̃t illud pluuias fore ⁊ mediocritatem earũ. ¶Cum fuerit ♀ transiens super eũ sig̃t illud multas diuersitates militũ armenie cum casu mortis ⁊ egritudinib⁹ in hoīes: et pluuias ⁊ humiditates fore ⁊ reparationē earũ. ¶Cum fuerit ☿ transiens sup eum sig̃t illud ciues armenie facere exercitũ ꝯtra inimicos suos cũ supbia eoꝝ in regionib⁹: ⁊ destruere partē terrarũ ꝓpter illas causas cũ vehementi frigore ⁊ inundationibus fluminũ. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum sig̃t ciues armenie impugnare inimicos eorũ: ⁊ eos destruere maiorē partem eorum ⁊ superfluitatem pluuiarum: ⁊ multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ transiens sup ♂ sigt illd mercatores dissipare censũs suos: et reparationẽ rerũ ⁊ destructionem maioris partis terre montium: ⁊ reparationem ciuiũ babilonie: ⁊ multos vẽtos in horis ↄuenientibus eis. ¶ Cũ fuerit trãsiens super ☉ significat illud siccitatẽ aeris: ⁊ paucitatez pluuiaꝝ. ¶ Cum fuerit transiẽs super ♀ significat illd romanos quosdam obedire regi suo: ⁊ ob id venire eis pena: ⁊ reparatiões esse ciuiũ babilonie: ⁊ ipsos gaudere: ⁊ ciues alhauez sequi nocumentuz: ⁊ partes eorũ cum lupis ⁊ paucitate pluuiarũ. ¶ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud ciues susuisten impugnare regnum romanorum: ⁊ euasionez plurium regionum ⁊ multos inquirere superbiã cum incessante ventorum flatu. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat superfluitatem pluuiarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶ Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat illud mortem regis alhauez ⁊ reparationem esse regis babilonie: ⁊ apparentiam inimicitiarum ⁊ rixarũ in eis: ⁊ fortasse cadet combustio cum superfluitate choruscationum ⁊ tonitruorum ⁊ augmentum aquarũ fluuiũ. ¶ Cum ☉ fuerit trãsiens super eum sigt humiditatem aeris. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum sigt mortem ⁊ vehementiam in regionibus nigrorũ ⁊ babilonie cum incessatione romanorum: ⁊ multa semina in babilonia: ⁊ paucitatez aquarum marium. ¶ Cũ fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortẽ regis babilonie: ⁊ ciues babilonie consequentur timorem ⁊ destructionem terrarũ eius: ⁊ apparere sapientes ⁊ eos multiplicari cum superfluitate pluuiarũ: ⁊ paucitate seminũ ⁊ herbarum: ⁊ multis inundationibus fluminum. ¶ Cum fuerit ☽ transiẽs super eum significat illud regem romanorũ ⁊ persie ⁊ alhauez vincere regez babilonie: ⁊ multã mortẽ inter eos cadere: ⁊ incurrẽt ꝓpter hoc nocumentũ magnum: ⁊ siccitatem cum eo ꝙ permutantur exercitus: et inimici ex parte montium ad partem nigredinis: ⁊ superfluitatem multarum aquarum.

lib. 6

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.



¶Et cum fuerit ♂ transiēs sup ☉ significat illud siccitatē aeris ⁊ paucitatē humiditatis. ¶Cū fuerit transiens sup ♀ significat illud mortem quorundā regum ⁊ puerorum ex mulieribus: ⁊ multis alterationibus: ⁊ cadere locustas ⁊ vehementem calorem in tempore sibi cōueniente. ¶Cum fuerit trāsiens sup ☿ significat illud captiuitatē quorundā de terra babilonie ⁊ de parte montium: ⁊ effusionem sanguinū: ⁊ destructionem pluuiarū aquarum terrarum: ⁊ destructionē sedis magnatum: ⁊ multos latrones pati ab eis iniuriam: ⁊ seruos defraudare dominos suos: ⁊ deiectionē sapientū et vaticinatorum: et caristiam asinorum et boum: et multas locustas cum siccitate aeris: et paucitatem pluuiarum: et multam annonā. ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud superfluitatem pluuiarū: et multas humiditates.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶Et cum fuerit ♀ transiens super ♂ significat illud multas humiditates. ¶Cum ☉ fuerit transiens super eum significat illud pugnam regum: ⁊ sese interficere adinuicem: et multas cōmixtiones: et nocumentum in pluribus regionibus: et mortem cadere in locustas cum paucitate pluuiarum: et vehementi calore. ¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud expauefactionem occurrere persie: et mortem regis eius: et pauorem magnum qui adueniet in maiori parte regionum cum caristia vaticinantium: cum mediocritate aquarum fluminum et temperantia earum. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth ☉ super planetas.



¶ Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat illud superfluitatez pluuiarū. ¶ Cū fuerit transiens super ☿ sigt illud ciues alhauez timere romanos: ⁊ apparere scientias cū siccitate aeris: ⁊ paucitate humiditatꝭ eius. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶ Et cum fuerit ♀ transiēs sup ☉ significat illud superfluitatez pluuiaꝝ. ¶ Cum fuerit transiēs ☿ sup eum sigt illud multos redditꝰ: ⁊ multas locustas cū multo ventorū flatu ⁊ multitudine pluuiarū. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat superfluitatem humiditatum: ⁊ multas aquas.

¶ Sermo in mamareth ♀ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♀ transiens sup ☿ significat illud ciues alhauez impugnare romanos: ⁊ sciētias apparere ⁊ spinas cū multis pluuijs ⁊ tonitruis ⁊ coruscationibꝰ ⁊ augmento fluminum. ¶ Cum fuerit trāsiens super ☽ significat illud superfluitatem pluuiarum ⁊ multas superfluitates.


¶ Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶ Et cum fuerit ☿ transiens sup ♀ significat illud casū regis romanorum: ⁊ regis arabū a sede ua: ⁊ exercitus se mouere ad q̄sdaz terras: ⁊ rumores terribiles cadere in hoīes. ¶ Cum fuerit ☽ transiens sup eam sigt illud pugnā caderei inter ciues ꝑsie ⁊ romanorū: ⁊ multos paupes ⁊ latrones: et ꝑgnantes pat aborsum: ⁊ caristiā asinorū: ⁊ mortē boum: ⁊ multas humiditates ⁊ aq̄s cū paucitate messium ⁊ seminum: ⁊ precipue in terra persie ⁊ romanorum.

hb · 6.

¶ Sermo in mamareth ☿ super planetas.
¶ Et cum fuerit transiens ☿ sup ☽ significat incessantez ventorū flatum.
¶ Sermo in mamareth planetarum super ☿.
¶ Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ significat mediocritatem pluuiarum et humiditatuz. Postq̄ ergo venimus quod narrare voluimus. Compleam⁹ ergo differentiam sextam.





¶ Differentia septima in iudicio su per mamareth eleuantium planetarum aliorum super alios cum fuerint e quidistantes signo ♎.

Postq̄ ergo premisi mus in differentia sexta rememorationez significationuz ma mareth planetarum aliorum super alios cum fuerint equidi stantes signo ♍. Tractemus ergo in hac differentia significa tiones eorum s̄m illud cum fuerint equidistantes signo ♎.

¶Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶Et cum fuerit ♄ transiēs sup ♃ significat illud multas causas egritudinum: ꝛ infirmitates accidere ex tussibꝰ ꝛ multo labore ꝛ fatigatione: ꝛ precipue in regionibus arabum cum paucitate pluuiaꝝ. ¶Cum fuerit transiēs sup ♂ significat illud cadere discidium inter reges cum tꝑantia hyemis: ꝛ paucitate frigoris eiꝰ. ¶Cum fuerit transiens super ☉ significat illud siccitatē multam ꝛ famem in pluribus terris cum superfluitate pluuiarū ꝛ fortasse temperabitur: ꝛ mortē puerorū. ¶Cum fuerit transiēs super ♀ significat illud prosperitatem hominum: ꝛ multas locustas cum paucitate pluuiarum. ¶Cum fuerit transiens super ☿ significat illud multā siccitatē in pluribus climatibus cum superfluitate pluuiarum ꝛ incessante ventoruꝫ flatu. ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud multam siccitatem et famem in pluribus regionibus ꝛ reparationem earum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶Et cum fuerit iupiter trāsiens super ♄ significat illud romanos pugnare inter se: ꝛ multam fieri cedem in eis: et cōmotionem inimicorum: et eos destruere plures regiōes: et fortitudinē siccitatꝭ et pluuias deesse. ¶Si fuerit ☉ transiens super cum significat illud reges inter se pugnare: ꝛ mortē quarundam mulierum regis babilonie: et multos inimicos cum pulcritudine herbarum: et superfluitatem pluuiarum et reparationē earum: et pulcrum esse messium. ¶Quando fuerit ♂ transiens super eum significat bella regū vnius cum alio: et mortem mulierum regum: et multas herbas: et paucas pluuias. ¶Cum fuerit ♀ transiens sup eum significat illud reges pugnare inter se: ꝛ multas herbas cum superfluitate pluuiarum et mediocritatem flatus ventorum. ¶Cum fuerit mercuriꝰ transiens super eum significat illud ꝙ aduenient impedimenta inter reges ꝛ magnates cum superfluitate pluuiarum: ꝛ mediocritate flatu ventorum. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eū significat aborsum pregnatarum: ꝛ superfluitatem pluuiarū ꝛ humiditatū ꝛ multas messes.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.

ℭ Et cum fuerit ♂ transiens sup ☉ significat multas guerras in babilonia ⁊ iniurias ⁊ mēdaciū hominum adinuicem cum temperantia aeris: ⁊ declinationem eius ad calorem et siccitatem et vehementiā frigoris in tempore suo: ⁊ validitatem ventorum arbores eradicantium ⁊ palmas. ℭ Cum fuerit transiens super ♀ significat illud guerras necnon captiuitatez fore in pte alhauez: ⁊ ciues montiuz nimium facere exercitum inimicis eorum: ⁊ apparere nocumentum et combustionez cum paucitate pluuiarū.



ℭ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud mortem quorundaz filioꝝ regis: ⁊ multos timores aduenire hoibus ciuibus regionum: ⁊ ciues montium facere exercitum ciuibus cuzusten et cadere bellum inter eos: et ciues partis orientis impugnare ciues partis occidentis: ⁊ destructionem pluriū aldearum arabum: ⁊ mortem dominorum eorum: et mortez cadere multā in homines: ⁊ caristiam boum: et paucitatem pecorū: ⁊ destructionem legū ⁊ ecclesiarum et fabricationis earum cum paucitate pluuiaruz in principio temporis conuenientis ei: ⁊ multa nubila et tonitrua ⁊ choruscationes: et diminutionem aquarum in fluminibus et siccitatem earum. ℭ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mortem regis babilonie cum eo ꝙ scandalum patientur nobiles eius: ⁊ expansionez census eorum: ⁊ mortem regꝭ alhauez: ⁊ multas guerras: et interfectionem et mortez in persia: ⁊ romanis ⁊ ciuibus montium: et multam luporum rapacitatez: ⁊ caristiam trahentiū onera sicut boues et cameli ⁊ alia cum multitudine inimicorum.

ℭ Sermo in mamareth planetarum super ♂.

ℭ Et cum fuerit ☉ transiens sup ♂ significat multas iniurias in babilonia fieri: ⁊ mendacium et guerras sine veridicatione hominum adinuicez cum humiditate aeris: et vehemēti calore in tpe suo. ℭ Cum fuerit ♀ transiens super eum sigt mortem quorundaz regum: ⁊ multas guerras in regione cū superfluitate humiditatum. ℭ Cum fuerit ☿ transiens super eum sigt illud destructionem esse ciuium babilonie: ⁊ prosperum esse ciuium romanoꝝ: ⁊ cadere combustionē in aldeis arabū cū multitudine nubiloꝝ ⁊ supfluitate pluuiaꝝ ⁊ terremotꝰ ⁊ silīa fore in pncipio ꝯuenientis ei: ⁊ paucitatē in fine eius. ℭ Cū fuerit ☽ transiens sup eum sigt illud multas aqs ⁊ humiditates.

¶ Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ transiens sup ♂ significat illud vehementiam gaudiorum regis babilonie cum destructione inimicorum suorũ et rectificatione plurium rerum suarum; et latrones inuenire de censu inimicorum: et multas nubes. ¶ Cum fuerit transiens sup ☉ significat illud nimiam aeris siccitatem. ¶ Cum fuerit transiẽs super ♀ significat illud infortunium et angustias cõsequi ciues nigredinis: et prosperum esse ciuibus babilonie: et multas cõmixtiões in armenia: et destructiõem arabũ cum multis terremotibus: et bonũ esse messium. ¶ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud salutem fore in plurimis regionibus et consequentium bonitatem cum incessante ventorũ flatu. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum: et siccitatem aeris.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶ Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat multos timores hominum: et odio se habere adinuicem: et maliciam esse mercationũ cum multis pluuijs et tonitruis et choruscationibus. ¶ Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud pluuias fore et temperantiam earum. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum significat illud prosperum esse mercationum: et multas febres aduenire hominibus et egritudines melancolicas: et caristiam annone et destructionem messium in armenia et fortasse reparabitur: et multas pluuias et humiditates. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortẽ regis persie et romanorum: et multos latrones et abscisores viarum maliciosos: et interfectionem quam consequentur mercatores ab eis: et timorem qui accidit in pluribus climatibus: et siccitatem cum validitate ventorum. ¶ Cum fuerit ☾ transiens super eũ significat illud superfluas humiditates et multitudinem earum.

lib. 6.



¶Et cū fuerit ſol tranſiens ſup̱ venerē ſignificat illud multa nubila ⁊ paucitatē pluuiaꝝ. ¶Cuz fuerit trāſiens ſup̱ mercuriū ſigt̄ illud detrimēta que aduenient ſcriptoribꝰ ⁊ villicis cū ſup̱fluitate pluuiaꝝ. ¶Cū fuerit tranſiēs ſup̱ lunaz ſigt̄ illud aduentū nūciationū cū multis rumoribꝰ terribilibꝰ ⁊ bonā aeris cōmixtionē

¶Sermo in mamareth planetarū ſup̱ ſolē.

¶Et cū fuerit venus trāſiēs ſup̱ ſolez ſigt̄ illud multos humores ⁊ ſup̱fluitatē pluuiaꝝ. ¶Et cum fuerit meccuriꝰ trāſiens ſup̱ eum ſigt̄ illud inceſſantē ventoꝝ flatū ⁊ ſup̱fluitatē humiditatū. ¶Et cuz fueri t luna tranſiens ſup̱ eū ſigt̄ illud multas humiditates.



¶Sermo in mamareth veneris ſup̱ planetas.


¶Et cū fuerit venꝰ trāſiens ſup̱ mercuriū ſigt̄ illud mortez regis babylonie ⁊ ſalutē plebiſ: ⁊ regē romanoꝝ facere exercitū cōtra thurcos ⁊ terrā alhauuez ⁊ eos dep̄dare regna eoꝝ ⁊ impugnare eos: ⁊ ſup̱fluitatē pluuiaruz ⁊ multas aquas ⁊ inundationes fluminū. ¶Cū fuerit trāſiēs ſup̱ lunam ſigt̄ illud tp̱antiā aeris ⁊ paucitatē pluuiaꝝ.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſup̱ venerē.

¶Et cū fuerit ☿ tranſiēs ſup̱ ♀ ſigt̄ illud bella cadere inter romanos ⁊ thurcos ⁊ romanos: ⁊ ciues mōtiū facere exercitū cōtra armeniā: ⁊ mortē: ⁊ flumina cadere in plura climata cū ſup̱fluitate pluuiaꝝ ⁊ tp̱antia eaꝝ. ¶Cū fuerit luna trāſiēs ſup̱ eā ſigt̄ illud proſperitatē pluuiaꝝ ⁊ multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth mercu-
rij sup planetas.
¶ Et cum fuerit mercurius tran
siens sup lunam significat illud
meliorationẽ esse pluuiarum
¶ Sermo in mamareth plane-
tarum super mercuriũ.
¶ Et cũ fuerit luna transiens su
per mercuriũ significat illd multas pluuias: humiditates: et iun
dationes. Postq̃ ergo venimus
super illud q narrare volumus
Compleam' ergo dr̃am septimã





Dr̃a octaua in iudicio sup mamareth planetarum eleuãtiũ aliorum sup alios
cum fuerint equidistantes signo scorpionis.

Postq̃ ergo venim' in dr̃a septima cũ rememoratione significationum mamareth planetarum aliorum sup alios cũ fuerint equidistantes signo li
bre. Tractem' ergo in hac dr̃a rememoratione significutionũ eorum cum fue
rint equidistantes signo scorpionis.

Sermo in mamareth iouis ſup̱ planetas.



¶ Et cū fuerit iupiter trāſiens ſuper martē ſignificat illud mortē aduenire in filios regū ꝛ deſtructionē nobiliū babylonie ꝛ nimiā apparentiā inimicoꝝ ſuorū ꝛ cadere cōbuſtionē in ea cū habundantia regionū ꝛ paucitate pluuiaꝝ. ¶ Cū fuerit tranſiēs ſuper ſolē ſignificat illud ſiccitatē aeris. ¶ Et cū fuerit tranſiēs ſuper venerē ſignificat illud cōmixtionē regis babylonie ꝛ permutare ſe ad nigredinez: ꝛ ciues alhauuez pugnare inť ſe ꝛ interfectionē cōgregationū ex hominibus propter illas cauſas. ¶ Cuz fuerit tranſiens ſup̱ ☿ ſignificat illud timorē quā cōſequeť rex babyloni e ꝛ ciues eius: ꝛ milites facere exercitū cōtra ciues meridiei ꝛ bellū ꝙ adueniet ciuibus mōtiū ꝛ fugā que cadet ſup̱ eos ꝛ euaſionē eoꝝ ab hoc: ꝛ multas triſticias ꝛ anguſtias ꝛ bella cadere ī ciuibꝰ partis oriētis: ꝛ deſtructionē multaꝝ ex alterls earū: ꝛ herboſitatē aldeaꝝ romanoꝝ cū multis nubibus ꝛ ſuperfluitate pluuiarū precipue ei in tempore cōueniente. ¶ Et cum fuerit tranſiens ſup̱ lunā ſignificat paucitatē aquarū ꝛ pluuiarū.

Sermo ī mamareth pꝉaꝝ ſup̱ ♃

¶ Et cū fuerit mars tranſiens ſup̱ iouē ſignificat illud timorē cadere in terra babylonie ꝛ deſtructionē maioris partis eius: ꝛ captiuitatē ciuiū mōtiū oppoſitoꝝ ciuibus alhauuez cū multa morte que erit in pluribus climatibꝰ ꝛ paucitatē pluuiarū ꝛ detrimentū aquarū in fluminibus ꝛ piſcibus ꝛ precipue in babylonia. ¶ Et cū ſol fuerit tranſiens ſup̱ eū ſignificat illud humiditatē aeris. ¶ Cū fuerit venus tranſiens ſup̱ eū ſignificat illud anguſtias aduenire regi montiū: ꝛ interfectionē regis alhauuez ꝑ ferrū: ꝛ multā mortem in pluribus climatibus: ꝛ pugnare ciues partis orientis cuz ciuibꝰ partis ſeptentrionis: ꝛ apparitionē ciuitatū ꝛ caſtroꝝ multoꝝ: ꝛ ciues careſten impugnare ciues meridiei ꝛ orientis cum inceſſante ventoꝝ flatu. ¶ Cum fuerit luna tranſiens ſuper eum ſignificat illud ſup̱fluitatē pluuiaꝝ ꝛ multas aquas.



¶ Et cũ fuerit saturnus trãsiens sup ioue͂ signt illud morte͂ adueni re quibusdã regibus montiuz et destructione͂ terre eoꝝ: ꝛ mortez pluriũ hominũ in eis: ꝛ morte͂ ca dere in scorpiones ꝛ in serpe͂tes cũ paucitate pluuiaꝝ ꝛ multũ ve͂ toꝝ flatũ. ¶ Cũ fuerit trãsie͂s su per marte͂ signt illd nimiã destru ctione͂ in plurima climata cũ sic citate aeris ꝛ paucitate hu midi tatis ei⁹. ¶ Cũ fuerit trãsie͂s sup sole͂ signt illud multã morte͂ cade re ĩ plurima climata cũ veheme͂ ti calore in suo tpe. ¶ Cuz fuerit trãsie͂s sup venere͂ signt illud egri tudines vehementes aduenire hominibus in pluribus regionibus cũ pau citate humiditatũ. ¶ Cum fuerit transiens sup ☿ signt illud morte͂ cũ pau citate pluuiaꝝ cadere in plurima climata ꝛ multas aquas. ¶ Et cuz fuerit transiens sup ☽ significat paucitate͂ pluuiaꝝ ꝛ aquaꝝ.

Sermo in mamareth planetaꝝ sup saturnũ.

¶ Et cũ fuerit iupiter transie͂s sup ♄ significat illud morte͂ aduenire qui busdã regibus montiũ: ꝛ ꝯsequet̃ rex babylonie in eis bonũ: cũ multo odio ꝛ inimicitijs cadentibus in plurima climata: ꝛ cõbustione͂ cadere in eos cũ sup̃fluitate pluuiarũ. ¶ Cũ fuerit ♂ transiens sup eũ significat illud mul tas guerras in parte mõtiũ ꝛ destructione͂ cadere in plurima climata: ꝛ ca dere locustas nociuas in messib⁹ ꝛ pluuias ꝛ tonitrua ꝛ coruscatiões. ¶ Cũ fuerit sol transie͂s sup eũ significat illud angustias ꝛ cõstrictiones: ꝛ bella cadere inter reges: ꝛ multos bubones in homines: ¶ Cũ fuerit uenus trã siens sup eũ significat illud angustias ꝛ cõstrictiones aduenire regi baby lonie ꝛ depositione͂ eius ab honore suo: ꝛ morte͂ cadere in mulieres ꝛ in re pentia ꝛ in muscas cũ multis humiditatib⁹. ¶ Cũ fuerit mercuri⁹ transiens sup eũ significat illud q̄ bellũ erit inter reges: ꝛ cadere bubones ꝛ morte͂ in plurima aĩalia ꝛ bestias cum sup̃fluitate pluuiaꝝ ꝛ mortalitatibus multis. ¶ Cũ fuerit luna transiens super eũ significat aduentuz belli inter reges: et bubones cadere ꝛ morte͂ in plures bestias cũ multis humiditatibus.

46. 6

¶ Sermo in mamareth martis sup planetas.

¶ Et cū fuerit mars transiēs super solē significat illud siccitatez aeris ꝛ eius caliditatē. ¶ Cū fuerit trāsiens sup venerē significat illud mortē mulieꝝ regū ꝛ ciues montiū facere insultū sup ciues tharasten cum paucitate humiditatū. ¶ Et cuz fuerit mars trāsiens sup mercuriū significat illud mortē regis aldeaꝝ arabuz ꝛ ciues montiū facere insultum super eos ꝛ eos vincere maiorez partem terre eoꝝ: et mortē cadere in homines ꝛ boues cum incessante ventoꝝ flatu. ¶ Et cum transiens fuerit sup lunā significat illud mortē regis babylonie ꝛ scandalizari nobiles ei9 ꝛ dispensa pecuniarū: ꝛ mortē regis alhauuez cū multa pugna ꝛ guerra que erit in plurib9 climatibus ꝛ captiuationez eoꝝ adinuicem: ꝛ mortē cadere in persiaz ꝛ romanos ꝛ terram montiū cū rapacitate lupoꝝ ꝛ dispersionē bestiaꝝ hominū sicut cameli ꝛ boues ꝛ his similia cum eo ꝙ erunt tonitrua ꝛ fulmina.



¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup martē.

¶ Et cū fuerit sol transiens super martē significat illud humiditatem aeris orizontis. ¶ Et cū fuerit venus transiens super eū significat illud renouationē regis in terra romanoꝝ cui nō erit preciū: ꝛ mortē quorundā filioruz regum ꝛ multā apparitionē rerum extranearū in nigris cum superfluitate pluuiaꝝ. ¶ Et cū fuerit mercurius transiens super eū significat illud facere insultum ciues regis babylonie in regem suuz ꝛ ipsos interficere inimicos suos: ꝛ terrorē aduenire ciuibus montiū ꝛ eos interficere regem suuz: ꝛ cadere locustas ꝛ corruptionē in eis cuz multis nubibus ꝛ pluuijs in tempore conueniente ei ꝛ vehementē calorē in tempore suo. ¶ Et cum fuerit luna transiens super eum significat illud tonitrua ꝛ coruscationes ꝛ fulmina ore.

¶ Sermo in mamareth solis super planetas.



¶ Et cũ fuerit sol transiẽs sup venerẽ sigt illud paucitatẽ pluuiarũ. ¶ Et cũ fuerit trãsiens sup ☿ sigt supfluitatẽ hũiditatũ. ¶ Cũ fuerit trãsiẽs sup lunã sigt illud paucitatẽ humiditatũ ⁊ aquarũ ⁊ pluuiarũ.

Sermo in mamareth planetaꝝ sup solem.

¶ Et cũ fuerit ven⁹ transiens sup solẽ sigt illđ supfluitatẽ pluuiarũ. ¶ Et cum fuerit ☿ transiens sup eum sigt paucitatez pluuiarũ: ⁊ incessantem flatum ventorum. ¶ Et cum fuerit luna transiens sup eũ sigt superfluitatẽ aquaꝝ.

Sermo in mamareth veneris sup planetas.



¶ Et cũ fuerit ven⁹ transiens sup ☿ sigt illud mortẽ regis babylonie ⁊ destructionẽ maioris ptis eradie cũ eo q̃ hoĩes capiẽt peccora in pluribus terris ⁊ multaz pugnã ⁊ vehementiã eius cũ supfluitate pluuiarũ: ⁊ eẽ tonitruoꝝ ⁊ coruscationũ: ⁊ aduentũ terre motuũ: ⁊ multas inundatiões ⁊ aquas. ¶ Et cũ fuerit trãsiens super lunaz sigt illud humiditates ⁊ pluuias fore.

Sermo in mamareth planetarum sup venerẽ.

¶ Et cũ fuerit mercuri⁹ transiẽs sup venerẽ sigt illud aduentũ exercituũ de terra indoꝝ ad partẽ terre babilonie ⁊ eis facere guerrã ad terrã armenie ⁊ salutẽ eoꝝ ⁊ multitudinẽ latronũ ⁊ dispersionẽ militũ i eo q̃ est inter orientẽ ⁊ partẽ meridiei ⁊ ciues mõiũ impugnare armeniã: et malũ esse grecoꝝ ⁊ euasionẽ montiũ ⁊ multitudinẽ natoꝝ ⁊ superfluitatẽ pluuiarũ. ¶ Et cũ fuerit luna transiens super eã significat illud supfluitatẽ pluuiaꝝ ⁊ multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth mercurij sup planetas.

¶ Et cū fuerit mercuri⁹ transiēs super lunā sigt illud ciues roma noꝝ impugnare ciues alhauuez ꝛ nimiā mortē cadere in mulieres cū supfluitate pluuiaꝝ ꝛ multo vētoꝝ flatu.



¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup mercuriū.

¶ Et cū ☽ fuerit trāsiens sup ☿ sigt illud supfluitatē pluuiarū ꝛ multas aquas ꝛ inundatiōes: et appitionē stellaꝝ ꝛ igniū sup orizontez. Postq̄ g̃ venim⁹ sup illō qō narrare voluimus. Cōpleam⁹ ergo dr̃az octauā auxilio dei.



Dr̃a nona in iudicio sup mamareth planetaꝝ eleuantiū ad inuicē cum fuerint quidistātes signo sagittarij.

Postq̄ igit̃ p̄misim⁹ in dr̃a octaua remēorationē sigtionū i mamareth planetaꝝ eleuātiū adinuicē cū fuerit equidistātes signo ♏. Tractem⁹ g̃ in hac dr̃a remēorationē sigtionū eoꝝ qñ fuerint eqdistātes signo ♐.

Sermo in mamareth saturni sup planetas.

Et cuz fuerit saturnus transiens super iouē significat casum infortunioruz & constrictionū in pluribus climatib⁹ & multa bella in babylonia: & mortem regis eius & casum rumoꝝ terribilium & destructionē in ea. Et cū fuerit trāsiens sup martē significat illud bella cadere inter reges & nimiā mortē in aliquibus climatibus cū vehementia ventorum in temporibus suis. Et cū fuerit transiens sup solem significat illud casum mortis in ambulantibus cū superfluitate pluuiaruz & forsitan temporabit: & paucitatem messiū. Et cū fuerit transiens sup venerē significat mortē quarundā mulierū reguz in verecundiā cuz paucitate pluuiarū & bono esse messium. Et cū fuerit transiens super mercuriū significat illud casuz mortis in ambulantibus & guerras in pluribus climatibus cū incessante ventoꝝ flatu & paucitate proficui messium. Et cuz fuerit transiens sup lunam significat illud mortē cadere in pecudibus cū prosperitate humiditatū & incessatione eius & pauca seruatione messium.

Sermo in mamareth planetaꝝ sup saturnū.

Et cū fuerit iupiter transiens sup saturnū significat illud infortunia & angustias & guerras aduenire regi babylonie & vehementē siccitatē ciuiū ei⁹ & multos inimicos & odium cadere inter homines & multitudinē pluuiarū & tempantiā earū. Et cuz fuerit mars transiens super euz significat illud multas egritudines in pluribus climatibus & incessantē ventoꝝ flatum cū multo puluere & vilitate annone. Et cū fuerit sol transiens super eum significat illud bella cadere inter reges & mortē regis babylonie cuz supfluitate pluuiaꝝ. Et cū fuerit venus transiens super eum significat illud casum mortis mulierū aut ꝙ interficient veneno cū paucitate pluuiarū & bonitate messiū. Et cum fuerit mercurius transiens super eum significat illud bella cadere inter reges & exitū exeuntis cum mediocritate pluuiaruz & multis aquis & incessantē ventoꝝ flatuz. Et cū fuerit luna transiens super eum significat reges inter se pugnare cū supfluitate pluuiaꝝ.

¶Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶Et cum fuerit ♃ transiens sup ♂ significat illud mortem regis romanorum: ꝛ mortez cadere in plures homies nobiles terre ei⁹ et multam combustionem in ea cū vehementi frigore in suo tem pore. ¶Cum fuerit transiēs sup ☉ significat illđ multas pluuias et iuuamentum earum. ¶Cum fuerit transiens sup ♀ sigt̄ plura testimonia falsa reg͞l in ciuibus nigrorū cum insultu magnatuū ꝛ victoriā eius cum eis: et ipsum interficere eos: et vehementiam regis alhauez super plebem suā: ꝛ ipsum interficere quosdam fi- lios suos: ꝛ mortem quorundam ciuium eius: et multos terremotus: ꝛ pro speritatem messium. ¶Cum fuerit transiens super ☿ significat illud super- fluitatem pluuiarum: ꝛ incessantem ventorum flatum: et multa tonitrua et choruscationes et terremotus et niues cum iuuamento eorum: et p̄cipue in tempore conuenite ei cum multis messibus ꝛ proprie in alhauez. ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mediocritatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat illud destructionē pluuiarū aldearum babilonie: et angustias et constrictiones que aduenient ciuibus romanorum: ꝛ mortē cadere in diuites cum paucitate pluuiarum. ¶Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud siccitatem aeris: et mortem ca dere in plura climata. ¶Cum fuerit ♀ transiens super eum significat illud multa mēdacia et mores in ptibus: et ciues babilonie impugnare alhauez ꝛ cadere discidium inter eos cum morte iuuenum et superfluitate pluuiarū ꝛ augmento tigris et eufrates. ¶Cum fuerit ☿ transiens super eum signifi cat illud pugnam regis babilonie ꝛ se permutare de terra ad terraz: et ip̄m facere guerram inimicis suis: et eos separare cum oppressione quam conse quetur: et nimiam siccitatē et timorē in terra eius: ꝛ ipsum vincere latrones et erit in parte montium pugna et nocumentū: et ciues meridiei interficere ciues orientis: et cadet combustio in domos orationum: et destruentur cō muniter regiones cum multis pluuijs et incessante ventorum flatu et inun dationibus fluminuz. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates et superfluitatem aquarum.

¶ Sermo in mamareth ♂ super planetas.

¶ Et cum fuerit ♂ transiẽs sup ☉ significat illud multas chorruscatiões. ¶ Cum fuerit transiẽs super ♀ significat illud mortem regis babilonie: ⁊ inimicos multos impugnare eos cum supfluitate pluuiarũ. ¶ Cũ fuerit transiens sup ☿ significat illud ciues babilonie interficere sese: ⁊ effusionem sanguinum adinuicez: et vehementiam rapine: ⁊ multos dolores: et mortez hominũ cum multis nubibus ⁊ pluuijs. ¶ Cũ fuerit trãsiens super ☽ significat paucitatem pluuiarũ ⁊ aquarũ.



¶ Sermo ĩ mamareth sup ♂

¶ Et cum fuerit ☉ trãsiens super ♂ significat illud prosperũ esse romanoꝝ

¶ Et cum fuerit ♀ transiẽs sup eũ significat illud salutẽ ⁊ prosperitatẽ que apparebit in terra egipti: ⁊ malũ esse nobiliuz cũ supfluitate pluuiarũ. ¶ Cũ fuerit ☿ trãsiens sup eũ sigt cedẽ ciuiũ ptis occidentis ⁊ nimiã mortẽ in eis ⁊ casũ locustaꝝ cũ supfluitate pluuiaꝝ: ⁊ flatũ ventoꝝ ⁊ destructõz reddituũ

¶ Cũ fuerit ☽ trãsiẽs sup eũ sigt ciues ptis oriẽtꝫ interficere ciues ptis occñtꝫ ⁊ nimiã in eis mortẽ: ⁊ casum locustarũ: ⁊ appentiaz aquarũ ⁊ humiditatũ.

¶ Sermo in mamareth ☉ super planetas.

¶ Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat illud siccitatẽ aeris ¶ Cum fuerit ☉ transiens super ☿ significat illud mortem quorundaz regum ciuitatũ que sunt super littora maris: cũ superfluitate pluuiarũ ⁊ niuiũ: et ventorũ flatum. ¶ Cum fuerit transiens sup ☽ significat illud paucitatez humiditatum.



¶ Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶ Et cum fuerit ♀ transiens sup ☉ significat illud multas humi-

ditates. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud odium cadere inter homines cum generatione vento℞ ⁊ superfluitate pluuiarum ⁊ mult[illegible] humiditatibus. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud superfluitatem aquarum ⁊ multas humiditates.

¶ Sermo inmamareth ♀ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♀ transiens sup ☿ significat illud regem babilonie ⁊ filios suos facere exercituz ꝯtra regem armenie: ⁊ inimicos eius facere exercitum ad terraz eius: et cadere bellum inter eos et inter regem eradie: et multas guerras fore in ciuitatibus cum oppressione que adueniet in regionibus: ⁊ multū feruorem melancolie in hominib⁹ ⁊ demonū cum superfluitate pluuiarum: et aduentuz tonitruorum. ¶ Cum fuerit trāsiens super ☽ significat illud humiditates multas.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶ Et cum fuerit ☿ transiens super ♀ significat guerras que aduenient in plurima climata: ⁊ congregationem hominum ad babil: et eos facere exercitum contra regiones romanorum: ⁊ opprimere partem terre eorum: ⁊ destruere multa capitolia romanorum: ⁊ destruetur regnum eorum: et multiplicabuntur infortunia et angustie et mors: et nocumentum in persia cum generatione pluuiarum ⁊ ventorum eorum. ¶ Cum fuerit ☽ transiens sup eum significat generationem humiditatum ⁊ pluuiarum.

¶Sermo in mamareth ☿ super planetas.

¶Et cum fuerit ☿ transiens sup ☽ significat illō cadere discidiū inter homies cum superfluitate pluuiarum.



¶Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ sigt illud mortem quorundā regum ciuitatuꝫ que fuerint sup littora maris ⁊ aquarū cum generatione humiditatuꝫ. Postq̄ꝫ ergo venimus super illud quod voluimus. Compleamus itaqꝫ differentiaꝫ nonaꝫ cū laude dei.



¶Differentia decima in iudicio super mamareth planetarum eleuantium adinuicem cum fuerint equidistantes signo ♑.

Postq̄ꝫ ergo premisimus in differentia nona rememorationeꝫ significationum mamareth planetarum cum fuerint equidistantes ♐. Tractemus ergo in hac differentia rememoratiōꝫ eorum cum fuerint equidistantes signo ♑.

¶ Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♄ transiens sup ♃ significat valorem asinorum: ⁊ mortem ouium: et paucitatem humiditatum: et detrimentum aquarũ: ⁊ precipue in fluminibꝰ ¶ Cum fuerit transiens super ♂ significat illud valorem asinorũ ⁊ vehementiam frigoris et durabilitatẽ eius. ¶ Cum fuerit transiens super ☉ significat illud siccitatem aeris. ¶ Cũ fuerit transiens super ♀ significat illud caristiam vel valorez asinorum cũ paucitate humiditatum ⁊ detrimento aquarum et precipue in mari. ¶ Cum fuerit trãsiens sup ☿ significat illud multam mortem in alhauez: ⁊ mulieres quorundã interficere regũ: ⁊ quasdam parentele sue propinquas sicut mater ⁊ similia: cuȝ superfluitate pluuiarum ⁊ multis inundationibus cum vehementi frigore ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum ⁊ aquarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶ Et cum fuerit ♃ transiens super ♄ significat illud mortem quorundam regum montium: ⁊ perire maiorem partem latronum: ⁊ vehementiam luporum: ⁊ paucitateȝ locustarum cum paucitate humiditatum: ⁊ augmento messium. ¶ Cum fuerit ♂ transiens super eum significat illud multitudinẽ asinorum ⁊ ouium cum vehementia caloris ⁊ frigoris ⁊ durabilitate eorũ in duobus temporibus vtriqȝ conuenitibus. ¶ Cum fuerit ☉ transiens sup eum significat illud romanos facere exercitum contra armeniaȝ: ⁊ multas infirmitates: et mortem aduenire hominibus cum multis pluuijs. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum significat multas humiditates: et prosperum esse pregnatã. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortẽ cadere in mulieres regum: et multam apparentiam bubonũ in quadrupedibus cum multitudine pluuiarum: ⁊ incessante vento ⁊ flatu: ⁊ detrimẽto herbarum. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates ⁊ superfluitatem aquarum.

¶ Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ transiens sup ♂ significat illud mortẽ cadere in maiorem partez inimicorum romanorum: ⁊ mortez luporum ⁊ vermium nocibilium: ⁊ mortẽ auium aquaticarum cum mult[is] nubibus ⁊ pluuijs ⁊ aquis. ¶ Cũ fuerit trãsiens super ☉ significat equalitatem vel temperantiam aeris. ¶ Cũ fuerit transiens sup ♀ significat illud apparentiam regis babilonie super inimicos suos: ⁊ erit annus ꝓsper: ⁊ cadet mors in oues ⁊ boues ⁊ ĩ plures pisces: ⁊ qđ subtiliatur ex auib[us] sicut passeres et his similia cum multo aduentu terremotuũ ⁊ paucitate pluuiaruz. ¶ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud regem romanoꝝ facere exercitum contra inimicos suos ⁊ eum vincere eos: ⁊ multiplicabũtur vaticinatores ⁊ experimentores cum vehementia frigoris destruentis: ⁊ superfluitate pluuiarum: et augmento messium ⁊ bono esse earum. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat multas humiditates ⁊ superfluitatem aquarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶ Et cum fueri ♂ transiens super ♃ significat illud multam captiuitatem in pluribus climatibus: ⁊ mortem cadere in oues: ⁊ paucitatez pluuiarum: et vehementiam frigoris in tempore ei conuenienti cum paucitate aquarũ ⁊ fluminum. ¶ Cum fuerit ☉ transiens super eum significat illud magnitudinem regis babilonie cum humiditate orientis. ¶ Cnm fuerit ♀ transiẽs super eum significat illud ꝙ in babilonia erit pestilentia: ⁊ regez romanoꝝ interficere magnates suos: ⁊ casum remanentium ex eis: ⁊ multam mortez in ouibus cum paucitate pluuiarũ in tempore conuenienti ei: et paucitatez annone ⁊ proprie in nigris. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud bella que aduenient regi babilonie: ⁊ descensum regis romanorum a sede sua: ⁊ reuolutionem regis arin a regno suo: ⁊ inimicos eius facere insultum in eum: et paucitatem defendentium eum: et cadere scandalum in plures regiones cum multis bubonibus: ⁊ mortem boum ⁊ ouium cum superfluitate pluuiarum: et vehementia frigoris destruentis in tempore conuenienti ei cum niuibus ⁊ terremotibus ⁊ fluminibus ⁊ precipue in persia. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates ⁊ aquas.

lib. 6.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.

¶Et cum fuerit ♂ transiens sup ☉ significat illud siccitatē aeris ¶Cum fuerit transiēs super ♀ significat illud mortez regis alhauez: et aborsum pregnatarum cum euasione mulierū: et mortez cadere in oues cum vehemētia caloris in tempore conuenite ei ¶Cum fuerit transiēs super ☿ significat illud mortem regis romanorum: et multas infirmitates causas et egritudines: et mortem aduenire hominibus cum casu guerrarū: et captiuitates et guerras: et caristiam asinorum: et mortē ouium cum paucitate passerum et florum et pluuiarum in principio quarte hyemalis: et multas nubes: et mediocritatem pluuiarū in fine quarte hyemalis cum vehemēti frigore. ¶Cū fuerit transiens super ☽ significat mortē regis babilonie: et nobiles discordari: et dispendi pecunias eorum: et mortem regis alhauez: et multā pugnaz et guerras in pluribus climatibus: et captiuare se adinuicem: et nimiā mortē in persia et romanis et montibus: et apparere rapacitatem luporum: et caristiam habentium onera ex bobus et camelis et alijs: cum paucitate aquaz et pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶Et cum fuerit ☉ transiens super ♂ significat illud humiditatez orizontis ¶Cum fuerit ♀ transiens super eum significat illud multam combustionē in terra alhauez: et multos exeuntes de terra montiū cum superfluitate pluuiarum. ¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud timorē vehementem aduenire in plures regiones: et multitudinem bubonum: et mortez in terra romanorum: et apparentiam elemosinarum: et filios esse contrarios patribus suis: et caristiam asinorum: et mortem cadere in oues cum multis nubibus. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas inundationes.

¶ Sermo in mamareth ☉ super planetas.



☉

¶ Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat paucitatez pluuiarū ꝛ malum esse pregnatarū. ¶ Cū fuerit transiēs super ☿ sigt illud nimiam mortē in alhauez ꝑpter causas bubonū cū mediocritate pluuiarū: ꝛ insidiationē. ¶ Cum fuerit trāsiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶ Et cum fuerit ♀ transiens sup ☉ sigt illud humiditatē orizontis et multas humiditates: et vehementiam frigoris. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum sigt illud casum bubonū in q̄drupedibꝰ cum supfluitate pluuiaꝝ ꝛ incessante ventoꝝ flatu. ¶ Cum fuerit ☽ transiens sup eum sigt illud superfluitatez pluuiarū.

¶ Sermo in mamareth ♀ super planetas.



♀

¶ Et cum fuerit ♀ transiens sup ☿ sigt illđ ꝙ pacificabunt reges regi babilonie: ꝛ ciues babil. vincent eos qui sunt contrarij eis: ꝛ mortem regis romanoꝝ: ꝛ apparentiam latronum paucorum: ꝛ ꝯstrictionē in pluribꝰ regionibꝰ: ꝛ caristiam quorundā asinorū ꝛ cameloꝝ cum vehemēti frigore in tpe ꝯuenienti ei: et paucitatez pluuiarū: ꝛ generationē pestium et tonitruoꝝ. ¶ Cum fuerit transiens sup ☽ significat illud paucitatem humiditatum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶ Et cum fuerit ☿ transiens super ♀ sigt illud mortem regis romanoꝝ: et generationē bubonū: ꝛ captiuitatē ꝛ mortē in pluribꝰ terris: ꝛ ꝯgregationē aldeanoꝝ ꝛ euasionez eorū: ꝛ aborsum pregnatarū ex vehementi frigore: ꝛ mortē regis atili cum multitudine nubiloꝝ ꝛ pluuiarū: ꝛ casum ꝑegrinorū:

lib. 6.



τ esse diluuioꝝ. ¶ Cũ fuerit luna trãsiẽs sup eã sigt illud bella cadere inter ciues psie τ romanos τ multos atletos τ latrones: et aborsuz pregnantiũ τ dispsionez azinoꝝ τ mortẽ bouũ cũ siccitate orizontis τ paucitate seminum τ messiũ.

¶ Sermo in mamareth mercurij super planetas.

¶ Et cuz fuerit ☿ trãsiẽs sup ☽ significat illud humiditates τ inundationes τ pluuias.

Sermo i mamareth pl'aꝝ sup ☿

¶ Et cũ fuerit ☽ trãsiens sup ☿ sigt illud siccitatem orizontis et paucitatẽ pluuiarum.



Dr̃a vndecima in iudicio sup mamareth planetaꝝ eleuantiũ cuz fuerint equidistantes signo aquarij.

Postq̃z g̃ pmisim' in dr̃a decima sup mamareth planetaꝝ eleuãtiuz ad inuicẽ cũ fuerint equidistãtes signo capricorni. Tractem' ergo in hac dr̃a sigtiones earũ sup illud cũ fuerint equidistantes signo aquarij.

Sermo in mamareth saturni super planetas.



¶ Et cū fuerit ♄ transiēs sup ♃ sigt illud angustias q̄ aduenient hominibus ⁊ siccitatē in plurib⁹ regionib⁹ cū supfluitate pluuiarū ⁊ paucitate aquaꝝ ⁊ siccitatē fluminū. ¶ Cū fuerit trāsiēs sup martē sigt illud vehementiā frigoris ⁊ caloris in suis temporibus. ¶ Cū fuerit transiēs sup solem sigt nimiuꝫ casum mortis in mulierib⁹ cū siccitate aeris. ¶ Cū fuerit trāsiēs sup venerē sigt illd ꝙ intrabit sup reges pauor et timor: ⁊ forsitan morieī rex babylonie cū paucitate humiditatuꝫ ¶ Cum fuerit trāsiens sup mercuriū sigt illud homines vti peccato ⁊ ꝑcipue in terra armenie in partibus montiū: ⁊ bubones cadere ⁊ mortē in homines ⁊ mortem quorundā filiorum regum aut propinquoꝝ cū supfluitate pluuiaꝝ: ⁊ multis aquis: ⁊ vehementi frigore. ⁊ paucitate tonitruoꝝ ⁊ coruscationū ⁊ corruptionē messiuꝫ ¶ Cum fuerit transiēs sup lunā sigt illud oppressionē cadere in terra armenie cū paucitate pluuiaꝝ ⁊ paucitate aquaꝝ.

Sermo in mamareth planetaꝝ sup saturnū.

¶ Et cum fuerit iupiter transiens sup saturnū sigt illud bonū esse ciuib⁹ babylonie ⁊ herbositatē eaꝝ: ⁊ herbositatē pluriū regionū cū supfluitate pluuiaꝝ ⁊ multis niuibus ⁊ aquis ⁊ inundationibus fluminū ⁊ salute eorum. ¶ Cum fuerit mars transiens sup euꝫ sigt illud plurimū insultū inimicoruꝫ sup terras arabū cum paucitate aquaꝝ ⁊ incessatione pluuiaꝝ. ¶ Cuꝫ fuerit sol transiens sup euꝫ sigt illud angustias cadere in terra armenie cū humiditate orizontis. ¶ Cum fuerit venus transiens sup eum significat illud egritudines aduenire hominibus ex tussibus: ⁊ multas aquas cū mediocritate fluminū. ¶ Cum fuerit mercurius transiens sup eum sigt illud supfluitatē pluuiaꝝ ⁊ multū gelu ⁊ augmentū aquarum in fluminibus: ⁊ paucitatē tonitruoꝝ ⁊ coruscationū: ⁊ augmentū messiuꝫ. ¶ Cū fuerit luna trāsiens super eum sigt illud constrictionē cadere in terrā armenie cū multis humiditatibus ⁊ aquis.

hf. c

Sermo in mamareth martis sup planetas.



¶ Et cuz fuerit mars trãsiēs sup solem sigt illud vehementiā caloris ꝛ siccitatē aeris. ¶ Cum fuerit transiēs sup venerē sigt illud mortē aduenire aliquibus matribus filioꝶ reguz cū oppressione que adueniet terre babilonie ꝛ pugnā arabum ꝛ angustias et multiplicabunt locuste in terra eoruz ꝛ in reliquis regionibus ꝛ mltiplicabit siccitas ꝛ caristiam annone ꝛ paucitatē pluuiarū cū diminutione aquaꝶ. ¶ Cuz fuerit transiens sup ☿ sigt illud cōgregationē ciuiū littoꝶ romanorū ꝛ extrema eoꝶ ꝛ facere guerram ciuibus babylonie: ꝛ nobiles eius discordari ꝛ dispendi pecunias eoꝶ ꝛ mortē regis alhauuez: ꝛ nimiā pugnā ꝛ guerras in pluribus climatibus: ꝛ quosdaz captiuare alios cū nimia morte in persia: ꝛ in terra montium: et nimiā rapacitatem luporuz: ꝛ caristiā habentiū onera ex bobus ꝛ camelis ꝛ alijs cum multa venatione: ꝛ paucitate pluuiaꝶ ꝛ humiditatū: ꝛ paucitatē aquaꝶ i fluminibus: ꝛ caristiā annone. ¶ Cum fuerit transiens sup lunā sigt paucitatū pluuiaꝶ.

¶ Sermo in mamareth planetaꝶ sup martē.

¶ Et cū fuerit sol transiens sup martē significat illud humiditatem aeris. ¶ Cuz fuerit venus transiens sup euz significat illud cadere nimiā combustionē in plures regiones cū eo ꝙ ciues nigredinis facient guerraz ciuibus mōtis: ꝛ cadet mors in eos: ꝛ supfluitatē pluuiaꝶ: ꝛ multas locustas. ¶ Cū fuerit mercurius transiēs super eū sigt illud multas humiditates: ꝛ cogitationē ꝛ mortem cadere in homines ꝛ cōbustionē pluriū regionū arabuz ꝛ insultū inimici in eos cuz caristia azinoꝶ: ꝛ supfluitate pluuiarū: ꝛ incessante ventoꝶ flatu: ꝛ multis messibus. ¶ Et cum fuerit luna transiens sup euz significat supfluitatē humiditatū.

Sermo in mamareth iouis sup planetas.



¶ Et cũ fuerit iupiter trãsiẽs super martez significat illud ciues montiũ facere exercitũ cõtra ciues babylonie ⁊ inimicos vincere plures regiões: ⁊ appere gaudia ⁊ saluté ⁊ leticiam post illud cũ paucitate pluuiarũ ⁊ aquarũ ¶ Cũ fuerit transiẽs sup solé significat illud siccitaté aeris ⁊ tenebrositaté aduenire i orizonte cũ supfluitate aquaruz ⁊ multis piscibus ⁊ qd subtiliat ex auib⁹. ¶ Et cũ fuerit transiens sup veneré significat illud ꝓsperitatem esse regi thurcoꝝ: ⁊ dolores paucos aduenire in plures regiones cũ plurimis aquis ⁊ tenebrositate aeris. ¶ Et cũ fuerit transiens sup mercuriũ significat illud regez superare inimicos suos ⁊ forsitan detrimentum pacieť ipse per manus eorũ: ⁊ fortitudiné seruiẽtiũ eius ⁊ plebis eius: ⁊ obedire ciues orientis ⁊ occidentis ⁊ meridiei: ⁊ cadere discidiũ inter reges romanorũ ⁊ inimicos eius: ⁊ morté regis persie ⁊ destructioné maioris eius partis: ⁊ multos terremotus ⁊ nubes cũ supꝑfluitate pluuiaꝝ ⁊ vehementi frigore. ¶ Et cũ fuerit transiens sup lunã significat illud multas humiditates.

Sermo in mamareth planetarũ sup iouẽ.

¶ Et cũ fuerit mars trãsiens sup iouẽ significat illud aduentũ pecuniaruz sup regẽ babylonie: ⁊ mediocritaté aquaꝝ ⁊ incrementũ plantaꝝ. ¶ Et cũ fuerit sol transiens sup eum significat illud magnũ infortuniũ qd cõsequeť rex babylonie vnde appropinquabit morti: ⁊ rex armenie incurret detrimẽtũ: ⁊ interficient quidaz regum filios suos: ⁊ accidet plurib⁹ regionib⁹ siccitas cũ paucitate pluuiaꝝ ⁊ detrimẽto aqrũ ⁊ fluminũ cũ paucitate annone ⁊ ꝑsertiz in terra thurcoꝝ ⁊ qđ est circa eã. ¶ Et cũ fuerit ☿ transiens sup eũ significat illud interfectioné regis persaꝝ destructioné etiã pluriũ ciuitatũ eius: ⁊ insultũ regis babylonie sup quosdã amicoꝝ eius: ⁊ interfici quendã filiorũ eius ꝑ gladiũ ⁊ multã siccitaté: ⁊ regẽ romanorũ interficere quosdã propinquorũ suorum cũ superfluitate pluuiarũ: ⁊ fortasse tempabunť: ⁊ vehementiã frigoris ⁊ augmentũ fluminũ ⁊ prosperitaté reddituũ ⁊ terremotus fore. ¶ Et cuz fuerit luna transiens sup eum significat illud humiditates multas.

lt-6

¶ Sermo in mamareth solis sup planetas.



¶ Et cũ fuerit sol transiẽs super venerẽ significat illud siccitatez aeris. ¶ Cũ fuerit transiens sup mercurium significat illud ciues alhauuez impugnare romanos cũ incessante pluuiarũ z prosperitatẽ reddituũ z inundationibꝰ fluminũ. ¶ Cuz fuerit transiens sup lunã significat illđ tonitrua z coruscationes z fulmina fore.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup solẽ.

¶ Et cũ fuerit venus trãsiẽs sup solẽ significat illud humiditates fore. ¶ Cũ fuerit mercuriꝰ transiens sup eũ significat illud ciues romanoꝝ facere guerrã ciuibus eradie cũ supfluitate pluuiarũ z incessante ventoꝝ flatu. ¶ Cũ fuerit luna trãsien s super eũ significat illud coruscationẽ fore z tonitrua.

¶ Sermo in mamareth veneris sup planetas.



¶ Et cuz venus fuerit transiens sup mercuriũ significat illud romanos facere guerras ciuibus thurcoꝝ z alhauuez cuz mediocritate pluuiaꝝ z coruscationes z tonitrua fore. ¶ Cũ fuerit transiens sup lunã significat generationẽ humiditatũ.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup venerẽ.

¶ Et cũ fuerit mercuriꝰ transiẽs sup venerẽ significat illud thurcos facere guerrã ciuibꝰ partiuz cũ supfluitate pluuiaꝝ z multitudinẽ tonitruoꝝ, z coruscationuz z inundationũ z incrementum messiũ. ¶ Et cũ fuerit luna transiens sup eũ significat illud superfluitatem pluuiarũ z incessantẽ ventoꝝ flatũ.



¶Et cū fuerit mercuri⁹ transiēs sup lunam significat illud romanos facere guerrā ciuib⁹ eradie ꝛ paucitatez pluuiaꝝ ꝛ incessantē ventoꝝ flatū.

¶Sermo in mamareth planetarū sup mercuriū.

¶Et cū fuerit luna trāsiens. sup mercuriuz significat illud ciues alhauuez impugnare romanos ꝛ incessantem ventorum flatum Postq̄ ergo venimus super illd quod complere voluim⁹. Compleamus ergo differentiam vndecimam.



Dr̄a duodecima in iudicio sup mamareth planetarū elevantiū adinuicem cū fuerint equidistantes signo pisciū.

Postq̄ ergo p̄misim⁹ in dr̄a vndecima rememoratione significationuz planetaꝝ elevantiū adinuicē cū fuerint equidistantes signo aquarij Tractem⁹ ergo in hac dr̄a significationes eoꝝ ad instar illius cum fuerint equidistantes signo pisciū.

Sermo in mamareth iouis ſuꝑ planetas.



¶ Et cū fuerit iupiter transiens ſuꝑ martē ſignificat illud multā ꝑmutationē regis babylonie: et cōmorari extra terraꝫ ſuam: ⁊ ea facere ſue plebi que pertineant ad laudeꝫ cū multa apparentia miraculoꝝ ⁊ prodigioꝝ: ⁊ venire pauorem in homines cū ſalute ⁊ ſoſpitate ſuccedente ei ⁊ calidita tem aeris ⁊ eius ſiccitatē. ¶ Cuꝫ fuerit tranſiens ſuꝑ ſolem ſignifi cat illud ſiccitatē aeris. ¶ Et cū fuerit tranſiens ſuꝑ venerē ſigni ficat illud cōmunē ſalutē ciuib⁹ regionū: ⁊ morteꝫ cadere impre gnatas mulieres: ⁊ m̄ltos piſces ⁊ qḋ ſubtiliat̄ ex auibus cū multitudine pluuiaꝝ ⁊ vehementi frigore. ¶ Cū fuerit tranſiens ſuꝑ lunam ſignificat illud paucitatē pluuiaꝝ.

Sermo in mamareth planetaꝝ ſuꝑ iouē.

¶ Et cū fuerit mars tranſiēs ſuꝑ iouē ſignificat illud inimicos facere guerram ciuibus babylonie ⁊ ciuibus montiū: ⁊ apparentiā gaudij in pluribus regionibus: ⁊ contrarietatē propinquoꝝ ꝓpinquis eoꝝ: ⁊ reges ſeſe interficere: ⁊ dn̄ationē mulieꝝ ſuꝑ viros cū ſuꝑfluitate pluuiaꝝ ⁊ multis coruſcationibus. ¶ Et cū fuerit ſol trāſiens ſuper eū ſignificat illud guerrā fore in terra almuzatli ⁊ deſtructionē plurium eorū ⁊ proſperū eſſe eoꝝ poſt illud ⁊ mortē mulierū ⁊ detrimentū volatiliū ⁊ preſertim qḋ ſubtiliat̄ ex eis cum multis humiditatibus ⁊ meſſib⁹. ¶ Et cū fuerit mercuri⁹ tranſiens ſuꝑ euꝫ ſignificat illud interfectionē regis perſie: aut interfectionē quorūdaꝫ filiorū eius per gladiuꝫ: ⁊ interficiet rex romanoꝝ habentiū propinquitatem: et adueniet ciuibus perſie terremotus: ⁊ multiplicabit̄ in babylonia ſiccitas ⁊ fames: ⁊ fortaſſe ſaltent ciues aldearū ſuꝑ ciues montiū cum multis pluuijs ⁊ ventis ⁊ inundationibus magnis. ¶ Et cū fuerit luna tranſiens ſuꝑ eū ſignificat ſuꝑfluitatē pluuiarū ⁊ aquaꝝ.

Sermo in mamareth saturni sup planetas.



¶ Et cũ fuerit saturnus transiẽs sup iouẽ significat illud mortez aduenire in plura climata τ inquietudinẽ inimicoꝝ in babylonia τ montibꝰ: τ cadere discidiũ inter eos τ paucitatẽ pisciũ: τ qđ subtiliat̃ ex volatilibꝰ sicut passeres τ his silia: τ multas locustas cũ supfluitate pluuiaꝝ τ niuiũ τ aquaꝝ. ¶ Et cũ fuerit transiens sup martẽ significat illđ multos pisces τ quod subtiliat̃ ex volatibus: cũ vehemẽti calore orizontis: τ multitudinẽ pluuiaꝝ cum mltitudine tonitruoꝝ τ coruscationũ. ¶ Cũ fuerit trãsiẽs sup ☉ significat illud siccitatẽ orizõtis cũ pauca eius humiditate. ¶ Et cuz fuerit transiẽs sup venerẽ significat illud mortẽ pregnataꝝ ex mulieribꝰ τ pcipue mulieribꝰ regũ cũ supfluitate pluuiaꝝ τ multis tonitruis τ vehemẽti frigore ¶ Cũ fuerit transiens sup mercuriũ sigt illud multitudinẽ auiũ τ pisciũ τ inundationes fluminũ τ multas humiditates τ tenebrositatẽ orizõtis. ¶ Cũ fuerit trãsiẽs sup lunã significat illud paucitatẽ humiditatũ τ aquaꝝ.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ sup saturnũ.

¶ Et cũ fuerit iupiter transiẽs sup saturnũ significat illud mortẽ regis babylonie τ sessionẽ filij sui post eũ: τ prospeꝝ esse ciuibus climatũ: τ forsitã cõsequet̃ maior pars eoꝝ siccitatẽ τ multos pisces τ ꝙ subtiliat̃ ex volatilibus sicut passeres cũ supfluitate pluuiaꝝ. ¶ Cũ fuerit mars trãsiens sup eum significat illud infortuniũ in plura climata τ multos pisces τ ꝙ subtiliat̃ ex auibus cũ supfluitate pluuiaꝝ τ multis tonitruis τ coruscationibꝰ. ¶ Cum fuerit sol transiens sup eũ significat illud humiditatẽ aeris. ¶ Cũ fuerit venus trãsiens sup eũ significat illud ciues armenie τ montiũ esse cõtrarios regi babylonie cũ vehemẽti frigore τ supfluitate pluuiaꝝ τ multas coruscationes τ tonitrua. ¶ Cũ fuerit mercuriꝰ trãsiens sup eum significat illud regem romanoꝝ facere guerrã ciuibus partis orientis τ paucitatẽ volatiliuz τ detrimentũ aquarũ τ incessantẽ ventoꝝ flatoz cũ supfluitate pluuiarum. ¶ Cũ fuerit luna transiens sup eũ significat illud aborsum pregnataruz: et paucitatẽ messiũ τ supfluitatẽ pluuiaꝝ τ multas humiditates.

66 · 6 ·

¶ Sermo in mamareth ♂ super planetas.

¶ Et cum fuerit ♂ transiēs sup ☉ significat illud siccitatē aeris ¶ Et cum fuerit transiens super ♀ significat illud prosperitatem partium regionū: τ multum homines vti inquisitione bene odorantiū: τ multos pisces: τ qđ subtiliatur ex auibus sicut passeres ¶ Cum fuerit transiens super ☿ significat illud deponi regē violēter a loco suo: τ aduenire multa incōmoda: τ romanos facere guerram ciuib⁹ babilonie τ impugnare eos cum eo qꝫ aggregabunt romani extrema sua super ripas maris: et pestes aduenire medicis τ interfectionem: et multam venationem et herbositatem in parte occidentis cum superfluitate pluuiarū: et mediocritate aquarum in fluminibus τ marib⁹: τ caristiam annone. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mortem regis babilonie: et nobiles eius discordari: et pecunias eorum dispendi: τ mortem quorundam regum: et mortem cadere in persiā τ terram montium: et multam rapacitatem luporum: τ valorez habentium onera ex bobus τ camelis et alijs cum paucitate pluuiarum.



¶ Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶ Et cum ☉ fuerit transiens super ♂ significat illud superfluitatē pluuiarū τ tonitrua et choruscationes fore. ¶ Cum fuerit ♀ transiens sup eum significat illud mortem regis babilonie: τ multam mortem in homines: τ superfluitatem pluuiarū τ aquarum. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortem regis babilonie: τ multam mortem in hominibus: τ supfluitatem pluuiarū: τ romanos impugnare ciues babilonie τ eos destruere plures eorū regiones: τ ciues babilonie sese interficere τ ponere sese in manus eorum ad mortem: τ multam heresim et incredulitatem: et mortem in homines: et nimiam filiationem: et caristiam asinorum: et mortem ouium: τ multas messes: τ superfluitatez pluuiarum et ventorum. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates.

D

¶ Sermo in mamareth ☉ super planetas.

¶ Et cum fuerit ☉ transiens sup ♀ significat illud siccitatẽ aeris ¶ Cum fuerit transiẽs super ☿ significat illud multa volatilia ⁊ pisces: ⁊ inundationes fluminũ: ⁊ mediocritatem humiditatum ¶ Cum fuerit transiẽs super ☽ significat illud multas humiditates ⁊ tonitrua ⁊ choruscatiões ⁊ fulmina generari.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☉.



¶ Et cum fuerit ♀ transiẽs sup sigt illud multas humiditates. ¶ Cum fuerit ☿ transiẽs sup eũ sigt illd romanos facere guerrã ciuib⁹ orientis: ⁊ quosdã reges interfici per regem: et paucitatez volatilium ⁊ piscium: ⁊ superfluitatẽ pluuiarũ: ⁊ incessantẽ ventoꝝ flatũ. ¶ Cum fuerit ☽ transiens sup eum sigt multas humiditates ⁊ tonitrua ⁊ choruscatiões.

¶ Sermo in mamareth ♀ super planetas.

¶ Et cum fuerit ♀ transiens sup ☿ significat illud prosperuz esse hoĩm: ⁊ iniusticiaz iudicantium ⁊ multos vaticinatores. ¶ Cum fuerit transiẽs super ☽ sigt illud tranquillitatem aeris: ⁊ multos pisces: et qđ subtiliatur de auib⁹ cum multis pluuijs ⁊ tonitrua ⁊ choruscationes et humiditates generari.



¶ Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶ Et cum fuerit ☿ transiens sup ♀ sigt illud thurcos facere guerram ciuibz corasten: ⁊ accidet in q̃rta hyemali mors: ⁊ ꝑmutãtur ciues alhauez ad orientem: ⁊ multiplicabitur mors in hominib⁹ cum superfluitate pluuiarum ⁊ incessante ventorum flatu. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat superfluitatem pluuiarum ⁊ humiditatum.

¶ Sermo in mamareth ☿ super planetas.

lib. 7.

¶ Et cum fuerit ☿ transiēs sup ☽ sigt romanos facere guerraȝ ciuibus orientis: et detrimentuȝ aquaꝝ: ꝛ paucitatē humiditatū

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶ Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ significat illud multitudinem volatiliū ꝛ piscium: ꝛ supfluitatē pluuiarū: et inundatiōȝ fluminū Postq̄ȝ ergo venimus ad id qđ narrare voluim⁹. Compleamus ergo differentiam duodecimaȝ ex tractatu sexto ſm q̄ est complementum eius.




¶ In noīe dn̄i misericordis ꝛ pij tractatus septimus in q̄litate scientie signi pfectionis aut alic⁹ ascendentis reuolutionū annalium cum cōuenit aliqđ eorum fore in domo aliq̄ ex domib⁹ aliquoꝝ situū ascendentiū inceptionū premissarū de quib⁹ supius fecim⁹ mentionē: verbi grā. In inceptiōe regni aut coniunctionū scȝ magnoꝝ mediocrium ꝛ minorum: aut fuerit directio: aut aliqđ indiuiduoꝝ superioꝝ ascendentiuȝ in ea scȝ domo: aut in partib⁹ reuolubilibus super accidentia inferiora: ꝛ sunt differentie duodecim.



Rima drā in figtione signi pfectionis aut ascendentis reuolutionis cū fuerit ascendens alic⁹ inceptionū p̄cedntiū aut signū ꝯiunctionis aut directio aut aliqđ indiuiduorū superioꝝ fuerit in eo: aut in ascendente reuolulutiōis sup accidentia inferiora. ¶ Drā scđa in figtione scđe domus adinstar illius. ¶ Tercia drā in figtione dom⁹ tercie adinstar illi⁹. ¶ Quarta drā in figtione dom⁹ q̄rte adinstar illius. ¶ Quinta drā in figtione dom⁹ q̄nte adinstar illi⁹. ¶ Drā sexta in figtione sexte dom⁹ adinstar illius. ¶ Drā septima in figtione septime dom⁹ adinstar illius. ¶ Octaua drā in figtione octaue dom⁹ adinstar illius. ¶ Nona drā in figtione none dom⁹ adinstar illius. ¶ Decima drā in figtione decime dom⁹ adinstar illi⁹. ¶ Undecima differentia in significatione vndecime dom⁹ adinstar illius. ¶ Duodecima differentia in significatione domus duodecime adinstar illius.

¶ Drā p̄ma in figtione signi pfectionis aut ascn̄tis reuolutionis cum fuerit ascn̄s alic⁹ inceptionū p̄cedentiū: aut signū ꝯiūctiōis: aut directio: aut aliqđ supioꝝ indiuiduoꝝ fuerit in eo: aut ī ascn̄te reuolutōis sup accn̄tia iferiora.

Et quia auxiliãte deo iam pmisimus in tractatu sexto qualiter sciantur accidentia inferiora ab impressionib⁹ indiuiduorum in reuolutionib⁹ annorum ⁊ ex parte mamareth aliorum sup alios. Tractemus itaq₃ in hoc tractatu qualiter sciantur significationes signi pfectionis: aut alicuius ascendentium reuolutionum pcedentium annalium cum contingit aliqđ eorum fore in domo ex domibus situum ascendentium pcedentium: aut coniunctionũ: aut directionuȝ ad aliquod indiuiduorum superiorum super accidentia inferiora. ¶ Dicamus ergo q͏̄ partes orbiculares forsan diuidunt̃ in duab⁹ domib⁹: et erit figtio adinuenta ex domo in qua est sedens diuisio cum directiones dirigunt̃ ab ea et non ab alia: et qñ diuersificant̃ equidistantie super⁽ⁱ⁾orum indiuiduorũ in locis que sunt ex parte ascendentis reuolutionis extra cõmixtionem fm q͏̄ equidistant diuisionib⁹: ⁊ dicatur fm illud si deo placet.



lib. 7.

¶ Cum ergo eueniet vt signum pfectionis: aut ascendens reuolutionis sit prima domus inceptionū precedentium: aut sit signum coniunctionis: aut fuerint directiones in ea reuolutiōe fm q narrauimus signt q apparebit in regionib⁹ quarū significatiōes illius sunt signi bonitas victus τ inceptionū in operibus: τ renouatur res τ complementū earum τ augmentū earum: et vsus dialetice rethorice τ cognitio scientiarum: τ multitudo vsus sup comesti ones τ potationes τ conuentiones: τ emptionem τ venditionē: τ q maior concupiscētia eorum est ex colorib⁹ pmixto nigro. Deinde considerabis eius dn̄m τ iudica fm qualitatem loci sui in seipso et ex orbe. Q si fuerit in eo multum bonum in illo anno. Q si fuerit coniunctio sedens in eo significat oppressionez plebis: τ pestes generari τ egritu dines: τ destrutionē plurium regionum: τ paucitatem pluuiarum τ precipu e in primo anno.



¶ Et cum fuerit ♄ sedens in eo et sit bone dispositiōis significat illud q erit rex bone mansuetudinis et prouidentie in pecunijs plebis: τ eos obedientes ei cum magna fama τ nomine. ¶ Cum fuerit male dispositōis significat multā iracundiam τ retentionē ire τ fraudis ei⁹: τ vehementiaz sue cupiditatis τ maliciā τ auariciam eius: τ paucitatez laudis eius τ nominis eius: τ paucitatē sensuū et fortune eius cum nocumento τ destructione pecuniarū quod consequetur in illo anno. ¶ Cum ♃ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat multos census regis τ bonam voluntatem eius τ bonam fiduciam τ gaudium eius: τ facilitatem morum eius: et salutem hominū in illo anno. ¶ Si fuerit male dispositionis significat illud debilitatez corporis eius: τ paucitatem constantie eius super res quib⁹ vteř cum eo iniusticia et qd reuelabitur per istud. ¶ Et si ♂ fuerit sedens in eo τ fuerit bone dispositionis significat salutem regis τ bonitatez. ¶ Si fuerit male dispositionis significat illud duriciem cordis eius τ grossiciem: τ citā vindictam eius: τ paucitatem constantie eius super res: τ casum eius a sede sua: τ discopertionem eius: τ multitudinem inimicoruz eius cum effusione sanguinum.

¶Et si ☉ fuerit sedēs ī eo ⁊ fuerit boni esse significat illud iusticiam regis et honestatem. ¶Si fuerit mali esse significat ↄ̄rium illius. ¶Et fuerit ♀ sedēs in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat illud multū gaudiuꝫ hoim: ⁊ bonam fiduciaꝫ eorum. ¶Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium illius. ¶Et si fuerit ☿ sedens in eo et fuerit bone dispositōis significat illud bonum esse iudicum ⁊ mercase. ¶Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium eius. ¶Et si fuerit ☽ sedēs in eo sitq3 bone dispositionis significat prosperitateꝫ rerum plebis in oibus partibus suis. ¶Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad id quod narrare voluimus. Compleamꝰ ergo differentiam primam.



¶Differentia secunda in significatione secunde domus adinstar illius.

Postq̄ premisimus in dr̄a prima rememorationem sigtionum ascendentis cū fuerit ꝟm illud qđ narrauimꝰ. Tractemꝰ ergo in hac dr̄a rememoratoinē sigtionū secūde domus ꝟm illud ¶Dicamꝰ itaq3 ꝙ cū ↄtingit vt sit signū ꝑfectionis: aut ascn̄s reuolutionis ꝟm aliquaꝝ inceptionū precedentiū aut ↄiūctionuꝫ: aut directio aut aliqđ indiuiduoꝝ in eo: aut in secūdo reuolutionis sigt ꝙ apparebit in regionibꝰ quarū sigtiones sunt illius signi multa venditio ⁊ emptio ⁊ sublimitas ⁊ acqsitio censuū et cōgregatio eorū cum repositione eoꝝ cum ipsis: ⁊ multa restrictione q̄ fiet inter hoies ꝓpter causas eoꝝ cum multo cogitatu futuro: ⁊ plurimum concupiscentie eorum ex coloribus erūt in viriditate. ¶Deinde considera dn̄m eius ⁊ iudicabis ei ꝟm quantitateꝫ loc sui in seipso ⁊ orbe. ♃ si fuerit in ascendēte significat multum lucrum hominū in censibus: ⁊ multum argentum et aurum. ¶Si fuerit coniunctio sedens in eo significat illud malum esse plebis ⁊ victiuuꝫ eorū: ⁊ vincere super eos ignorantiam ⁊ paucitatem voluntatis in scientijs ⁊ nimiam mortem cadere in illo anno in nobiles ⁊ altos. ¶Si fuerit ♄ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat regem exercere iusticiam in principio rei sue: et eum permutari post medietatem vite sue ad vsuram et diuersitatem eius cum quo inceperat. ¶Et si fuerit male dispositionis:

lib. 7.

significat illud inquisitionē pecuniarū ⁊ dissipationē earū ⁊ dispensationē earū in bellis: ⁊ cōtrarietatē militū eius ei ⁊ eos odio habere eū ⁊ vehementiā quā incurret in plebe sua cū vehementi pauore ⁊ paucitate ventoꝝ.



¶ Et si fuerit iupiter sedens i eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat mercatores mltū lucrari. Si fuerit male dispositionis significat contrariū eius. ¶ Si mars fuerit sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis sigt illud ꝓsperum esse ⁊ multitudinē eoꝝ. Si fuerit male dispositionis, sigt valorē eoꝝ ⁊ mortē habentiū vngues. ¶ Et si sol fuerit sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat illud regē cōgregare pecunias. Si fuerit male dispōnis sigt cōtrariū illiꝰ. ¶ Et si fuerit venus sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat honorē sapientum ⁊ scie ⁊ prosperum esse regis ⁊ multitudinē dactiloꝝ ⁊ valorē eoꝝ. Si fuerit male dispositionis sigt contrariuꝫ eius. ¶ Et si fuerit mercurius sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis sigt honorē sapientū ⁊ scientie. Si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius. ¶ Et si luna fuerit sedēs in eo ⁊ fuerit bone dispositionis sigt illud apparentiā boni in plebe. Si fuerit male dispositionis sigt contrariū eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud ꝙ narrare voluimus. Compleamꝰ igitꝰ dr̄am secundā tractatus septimi.

Dr̄a tercia in significatione tercie domus adinstar illiꝰ.

Postq̄ꝫ igitꝰ p̄misimꝰ in dr̄a secunda rememorationē secunde domꝰ ƀm ꝙ p̄misimus. Tractemꝰ ergo in hac dr̄a significationes tercie domus ƀm illud. ¶ Dicamꝰ itaqꝫ ꝙ quādo contingit vt sit signuꝫ profectionis aut ascendens reuolutionis terciū alicuius inceptionū aut coniunctionū aut directio aut aliquod indiuiduoꝝ sedens in eo aut in tercio reuolutionis significat illud qđ apparebit in regionibus quarū significationes sunt illiꝰ signi: multū benefacere homines parentibus suis ⁊ precipue mulieribꝰ suis ⁊ multa itinera que facient exercere equitatē ⁊ mansuetudinē ⁊ ponderositatē ⁊ intellectus ⁊ apparentiā cogitationis in arte theologie ⁊ ꝓphetaruꝫ ⁊ cogitationibꝰ ⁊ considerationibus infidelibꝰ ⁊ in scīa legum: ⁊ multas diuersitates ⁊ cōtrarietatē in eis: ⁊ ꝙ maior cupiditas eoꝝ ex coloribꝰ erit ad

citernitatē. ¶ Deinde considera dñm eius et iudicabis ex eo fm quātitatez loci sui in seipso ex orbe qꝫ si fuerit sedens in ascendente sigt multa itinera et mutationes. Et si cōiunctio fuerit sedēs in eo sigt illud fortitudinē et dispositionē regis et eū dissipare census et destruere domos orationis in anno tercio. ¶ Et si saturnus fuerit sedens in eo et fuerit bone dispōnis sigt illud prosperū esse regis et eū exercere remissionē in plebe sua et bonā honestationē eoꝝ et bonū intellectū eoꝝ: et eos premittere deceptiones in omnibus ex operibus suis cum multa cōsideratione in rebus regni. Si fuerit male dispositionis sigt illud vehementer reges participare ceratis et visitare eos et multas permutationes et itinera eoꝝ. ¶ Et si fuerit iupiter sedens in eo et fuerit bone dispositionis sigt illud fortunatū esse mercatoꝝ. Si fuerit male dispositionis sigt illud eius contrariū.



¶ Et si ♂ fuerit sedēs i eo et fueit bone dispositiōis sigt illd nimiā societatē fore inē ꝓpinqs. Si fuerit male dispōnis sigt multā alterationē fieri inter fratres et sorores et patres. ¶ Et si sol fuerit sedens in eo et fuerit bone dispositionis sigt reges nimiū frequentare super plebē. Et si fuerit male dispositionis sigt eius contrarium. ¶ Et si venus fuerit sedēs in eo et fuerit bone dispositionis sigt paucitatē motus hominum Et si fuerit male dispositionis significat multa itinera aduenire hominibus ad inquisitionē sciētiarū cum rebus iocorum. ¶ Et si fuerit mercurius sedens in eo et fuerit boni esse sigt multa itinera hominū cum inquisitione sciētiaruz. Si fuerit male esse significat contrariū illius. ¶ Et si fuerit luna transiens in eo et fuerit bone dispositionis significat mnlta hominū itinera ad res boni: Si fuerit male dispositionis significat illud contrariū. Postqꝫ ergo venimus ad id qꝫ voluimus. Compleamus ergo drām terciam.

lt· 7·

Dr̄a quarta in significatione quarte domus adinstar illius.



Postq̄ premisim⁹ in dr̄a tercia rememorationē significationū tercie domus s̄m q̄ narrauim⁹. Tractem⁹ itaq̄ i hac dr̄a rememorationē sigtionū dom⁹ quarte s̄m illud. ¶ Dicam⁹ ergo q̄ quādo cōtingit vt sit signū ꝑfectionis: aut ascendēs reuolutionis quartū alicui⁹ inceptionū ꝑcedentiū aut coniūctionū aut directio aut aliqd̄ indiuiduoꝝ sedens in eo aut i quarto reuolutionis sigt illud q̄ apparebit in regionib⁹ quaꝝ sigtiones sūt illi⁹ signi: cupiditates ⁊ fabricationes ecclesiaꝝ ⁊ vsurpatio terraꝝ ⁊ hereditatū ⁊ absconsionū censuū mobilioꝝ ⁊ paucū motū ⁊ nimiā ꝓuidentiā i his que succedūt ⁊ in morte ⁊ perditione ⁊ causis eius: ⁊ honorabunt patres ⁊ senes: ⁊ q̄ maior concupiscentia eoꝝ de colorib⁹ erit in rubeo. ¶ Deinde cōsiderabis dn̄m eius ⁊ iudicabis ꝑ eū s̄m quātitatē loci sui in suo esse ex orbe. Qꝫ si fuerit sedens in ascendēte sigt angustiā que adueniet hominibus in fine anni. Et si cōiunctio fuerit sedens in eo sigt illud multas mutatiōes ⁊ itinera ⁊ destructionē regionū ⁊ ciuitatū in pluribus climatibus in anno quarto.



Qꝫ si fuerit saturnus sedens i eo ⁊ fuerit bone dispositiōis sigt honestatē regū ⁊ blandiciē eoꝝ cū eo q̄ exercebunt mēdacia. Et si fuerit male dispositionis sigt debilitatē regū quibusdā senib⁹ ex progenie sua ex his qui sūt maiores in eis etate: ⁊ multas pestes aduenire ꝓgenie eoꝝ ⁊ ꝑticipatione eoꝝ ⁊ angustiā occurrere i carceratis. ¶ Et si iupiter fuerit sedens in eo sigt illud fertilitatē cibarioꝝ ⁊ annone. Et si fuerit male dispositionis sigt caristiaꝫ ei⁹ ⁊ ꝑcipue si fuerit signū terreū. ¶ Et si mars fuerit sedēs i eo ⁊ fuerit bone dispositionis sigt illud regē habere paucos inimicos ⁊ reparationē partiū. Et si fuerit male dispositionis sigt multos insurgētes nobiles ⁊ insurgere in fine anni. ¶ Et si fuerit sol sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis sigt delectationē regū ⁊ gaudia eoꝝ. Et si fuerit male dispositionis sigt cōtrariū eius. ¶ Et si venus fuerit sedens i eo ⁊ fuerit bone dispositiōis sigt apparere homines in religione ⁊ orōne ⁊ inquisitione boni. Et si fuerit male dispositionis sigt cōtrariū eius.

¶ Et si fuerit mercurius sedēs i eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat prosperitatē scriptorum ⁊ mercatoꝝ i illo anno. Et si fuerit male dispositionis significat cōtrariū eius. ¶ Et si fuerit luna sedens in eo ⁊ fuerit bone dispositionis significat gaudiū hominū. Et si fuerit male dispositiōis significat angustiaꝫ hominū. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud ꝙ narrare voluimus. Cōpleam⁹ ergo drāꝫ quartā tractat⁹ septimi.



Drā quinta in significatione quinte dom⁹ adinstar illi⁹.

